



2299

~~Manuscrito~~

— Theodor von Pöhl, Terminologie
— Manuskript
— 1812

Impresso en Anvers en 1570.
Fació su Autor, Ortelius, en dicho punto
en 1527. Muró en 1598



is nunc tertio ab ipso Auctore recognitum, multisque locis castigatum, & quamplurimis
nouis Tabulis atque Commentarijs auctum.

D. P H I L I P P O
A V S T R I A C O
C A R O L I V. A V G.
R O M. I M P. F.
I N D I A R V M H I S P A -
N I A R V M Q V E E T C. R E -
G I, O M N I V M A E T A -
T V M E T T O T I V S
O R B I S A M P L I S S I M I
I M P E R I I M O N A R -
C H A E,
A B R A H A M V S
O R T E L I V S
A N T V E R P I A N V S
E I V S M A I E S T A T I S
G E O G R A P H V S, D E D.
C O N S E C R A T Q V E.

A D O L P H I M E K E R C H
B R V G E N S I S I. C.

ΡΑΨΩΔΙΑ ΕΚΑΤΟΣΤΙΧΟΣ
FRONTISPICIUM
EXPLICATIO.



IMMENSAM terra molem, vastique meatus
Oceani, toto sparsas & in aquore terras,
Scriptorum multi veterum multique recentum
ingenio prestanti & rerum divite censu
Haecenus aggressi, triplices tantummodo partes

Invenere Orbis quas nec describere plene,

Posse datum est. Nostro id longe felicius aeo

Præstitit ORTELIVS multo maioribus ausis:

ORTELIVS, quem quadrijugo super aëra curru

Phæbus Apollo vehi secum dedit, unde iacentes

Lustraret terras circumfusumque profundum.

Hinc olli Phæbum, qui conspicit omnia, prorsus

Ignotas, alio penitus penitusque sub Orbis

Axe sitas monstrasse plagas, solisque relectas

Indigenis, Orbemque novum, gentesque, virisque

Detexisse ferunt, mundique arcana remoti.

Ille igitur studijs quo consulat, hocce THEATRUM

ORBIS TERRARVM toti communicat Orbi.

In quo non veterum errores incertave tradit

Somnia, sed tripode ex ipso certissima visa.

Quoque magis mirere, tribus superaddidit Orbis

QUINQUE Partibus hic binas alias. quas nemo priorum

ORBIS Vel fando audierat. Frontem solum adspice libri,

PARTES. Invenies etiam quod te pictura docebit.

Arce sedet summa solio Regina superbo

EVROPA. EVROPE, cujus viridis fastigia lambit

Pampinus, & dulci vitis fecunda racemo.

(Nam colit Europe Bacchum, Bacchus colit illam)

Dextra manus sceptrum gestat, clavumque sinistra

Admotum sphaera, caput est insigne corona.

Hæc reliquis Nymphis excelsior omnibus una est,

Et latè, auspiciis quondam victricibus armis,

Roma, tuis, fines porrexit adusque calentem

In Libyam, inque Asiam, divisosque orbe Britannos.

Ejus & imperium proferre Hispania nuper

Ausa, per ignotum pelagus nova regna, novosque

Invenit

Invenit populos, qui nunc NOVUS ORBIS habetur.

ASIA.

*Adspicis à dextris ASIAM qua splendida Eois
Tota nitet gemmis, tota est ornata lapillis.
Hac manibus plenam turis benecolentis acerram
Ostentat, myrrham redolens, stactenq³ suavem:
Et gummi croceum, pigmenta, & aromata, & omnes
Assyrios fucos, Arabum pradtia dona.*

AFRICA.

*AFRICA parte alia est fervore notabilis ipso
Aethiopiassa, per insano Phaethonte perusta,
Infrenos dum Solis equos currumque fatigat
Ignarus juvenis, nec flectere novit habenas,
Ac terra propius candentem deprimit axem:
Demens qui tantos animo conceperit ausus.
Hinc habet illa caput radiis cinctum omne coruscis;
Membraque perpetuum propter nudata calorem.
At quia odorato sudantia Balsama ligno
Aegyptus proprie sibi vendicat, hac quoque Virgo
Balsameum dextra ramum pratendit olentem.*

AMERICA.

*Inferiore solo quam cernis, AMERICA dicta est:
Quam nuper vectus pelago Vesputius audax
Vi rapuit, tenero nympham complexus amore.
Illa oblita sui, castique oblita pudoris,
Nuda sedet totum corpus, nisi vitia capillos
Plumea vinciret, frontem nisi gemma notaret,
Ambirent teretes nisi tintinnabula suras.
Lignea clava olli in dextra: qua mactat obesos
Atque saginatos homines, captivaque bello
Corpora, qua discissa in frusta trementia lentis
Vel torret flammis, calido vel lixat ahenis.
Vel, si quando famis rabies stimulat mage, cruda
Et jam casa recens, nigroque fluentia tabo
Membra vorat, tepidi pavitant sub dentibus artus.
Carnibus & miserorum & sanguine vescitur atro:
Horrendum facinus visu, horrendumque relatu.
Quid non impietas designat barbara? quid non
Contemptus Superum?
Adspicis in lava foedatum caede recenti
Humanum caput. En arcum celerisque sagittas,
Queis solet, adducto dum flectit cornua nervo,
Vulnera certa viris certamque infligere mortem,
Mox defessa hominum venatu tradere somno
Membra volens, lectum contextum rariis instar
Reticuli, gemino a palo quem fixit utrimque,
Conscendit, textoque caput reclinat & artus.*

A 3

Haud

MAGELLA- *Haud procul hinc nitidum caput exserit ultima Nymphe,*
 NICA. *Virginis os cultumque gerens, pectusque venustum:*
 Trunca manus & trunca pedes, vix cognita paucis.
 Hujus amore ajunt Magellum nuper Iberum
 Exarsisse, freto dum se commisit ad Austrum,
 Et vocitasse suo de nomine MAGELLANAM.
 Ille etenim tum forte, micantibus undique flammis,
 Incautam semel adspexit, sollemnia festa
 Dum parat: Hinc Virgo multo suffusa rubore
 Extemplo caput occuluit, furvóque seipsam
 Involuit fumo & fusca caliginis umbris.
 At, ne fors iterum temerè sese illa videndam
 Præbeat, hanc fixit memorem sub pectore flammam.
 Audisti quid prima foris tibi pagina monstret
 Speñator .ne siste oculos hic: inspice porrò,
 Atque Orbem brevibus vastum metire tabellis.
 Sic poteris tutò regiones ire per omnes,
 Ignotásque inter longinqua per oppida gentes,
 Flumináque, & montes, valles, maria omnia circum,
 Ac peragrarè vagi quidquid capit orbita mundi.



A B R A H A M V S

ORTELIVS ANTVERPIANVS,
REGIÆ MAIESTATIS GEOGRA-
PHVS, BENEVOLIS LECTORIBVS S. D.



Vm omnibus perspectum satis esse credam, quanta sit cognitio-
nis historiarum utilitas, benigne Lector; equidem mihi persua-
deo, neminem pænè esse, modo historias primis (quod aiunt) la-
bris gustarit, qui nesciat, quàm necessaria sit ad eas rectè intelli-
gendas, Geographiæ (quæ meritò à quibusdam Historiæ oculus
appellata est) cognitio. Multa enim in Historiis occurrunt, ne
dicam pænè omnia, quæ, nisi aliqua locorum cognitione polleas,
non solùm intelligi bene non possunt, verùm etiam contra quàm
debeant nonnunquam intelliguntur; vt fit, cùm in aliis, tum po-
tissimùm in Regum, Imperatorumque expeditionibus, in diuersis gentium migrationi-
bus, & in clarissimorum virorum diuersarum Regionum perlustrationibus, peregrina-
tionibusque. Quod cùm experientia ipsa doceat, non est quòd ego heic latius declarem.
Hæc verò tam necessaria Geographiæ cognitio, vt multi egregij & docti viri testati sunt,
ex Tabulis Geographicis longè facillimè peti addiscique potest. Atque vbi aliquantu-
lum harum Tabularum vsui adsueuerimus, vel mediocrem etiam Geographiæ inde co-
gnitionem adepti fuerimus, quæcunque leguntur, Tabulis his quasi rerum quibusdam
speculis nobis ante oculos collocatis, memoriæ multò diutius inhærent. quo fit, vt tum
demùm cum fructu aliquo, quæ legimus, percipere videamur. Omitto iam, multò iucun-
diorem videri, & esse, historiarum lectionem, si Tabulis ob oculos propositis liceat quasi
præsentem, res gestas, aut loca in quibus gestæ sunt intueri. Nam quantoperè iuuemur,
cùm in sacris literis Israëlitarum iter ex Ægypto per mare rubrum & immensam propè
solitudinem in terram promissam factum legimus, si Palæstinae Tabula inspecta, id quasi
præsentem videamus; quemuis existimo sapius experiri. Quæ cùm ita sint, quantoperè
impediantur, retineanturque, imò retrahantur etiam sæpè in ipso cursu, historiarum stu-
diosi, facile est videre, cùm vel omnes Regionum descriptiones non possint haberi; vel si
haberi quidem possint, cariores sint, quàm vt quiuis possit, præsertim cùm plurimi sint
tenuioris fortunæ, coëmere. Multi enim sunt, qui delectantur quidem Geographia vel
Corographia, in primis verò Tabulis, quæ de Regionum descriptionibus, delineationi-
busque variæ exstant: sed, quoniam aut non habent quod iis comparandis impendant;
aut, si quidem habeant tantum, quanti illæ valere solent, impendere nolunt, ab iis absti-
nent; nec sibi ipsis satisfaciunt. Sunt etiam qui cùm habeant quo emant, emere quàm lu-
bentissimè vellent, nisi locorum angustia obstaret, quò minus latæ Chartæ explicari &
inspici commodè possint. Nam, vt verum fatear, magnæ illæ & amplæ Geographicæ
Chartæ conuolutæ, non ita commodæ sunt; nec, cùm aliquid fortè legitur, inspectu facie-
les. Omnes verò ordine parieti expansas adfigere volenti, opus esset, non modo amplissi-
ma, latissimaque domo, verùm etiam Regio quodam Theatro. Hæc ego sæpenumerò
expertus, cogitare cœpi, quæ ratio inueniri posset, hisce, quæ iam dixi, incòmodis, creden-
di, vel vt diminuerentur aliquo modo; vel, si fieri posset, vt omnino è medio tollerentur.
ac tandem visum est, hac ratione, quam in hoc libro nostro (cui, vti speramus, singulisque
optamus, quiuis facilè locum inter suos libros dare poterit) obseruauimus; fieri posse.

Quò verò intelligas, quid à nobis in hoc Theatro nostro præstitum sit, quidve de eo
tibi sit expectandum; id tibi heic paucis explicandum esse duxi. Primò, nobis animus fuit
repræsentare tibi, quicquid in vllis Geographicis aut Corographicis Chartis hinc inde
tam recenter, quàm nuperrimè multis abhinc annis (quo factum est, vt earum etiam mul-
tæ nunc

tæ nunc inueniri nequeant) in lucem editis, vnquam habueris, vel etiamnum habeas. quod vt præstaremus, hac ratione sumus opus aggressi. Omnium Regionum, quarum Geographica Tabulæ exstant, vnâ nobis (quarundam enim sunt plures) nostro iudicio omnium optimam proposuimus: quæ tametsi esset aliquando magna & lata, in eam tamen formam contraximus, vt nostro operi conueniret, ac vno tota absolueretur folio: vel, quemadmodum aliquoties factum est, vti videre licet, vno continerentur plures: nulla tamen, ne vel minima re omissa, quæ erat in maiore obuia, nullâve mutata: nisi quòd sæpius, quæ in primis vix legi poterant, ea ita in nostris expresserimus, vt legi faciliè à quolibet possent. Interdum verò, vbi res ipsa admonuit, & locus tulit, quorundam locorum vulgaribus nominibus adscripsimus antiqua. quod, vti putamus nobis bona ipsorum Auctorum venia licuisse, sic speramus, priscarum historiarum lectoribus obseruatoribusque fore non ingratum. In Tabulis, quæ Auctorum nomina habent, nihil (vt diximus) est à nobis immutatum, exceptis duabus aut tribus Belgicarum Regionum maritimis oris, quas mare, post quàm ab Auctoribus descriptiones earum editæ sunt, multùm mutauit, quemadmodum (exempli gratia) in Flandria, è regione Zelandiæ, non longè ab oppido VVatervliet, vbi maris beneficio post eius loci descriptionem editam, Continenti multùm accreuit: nos, pro vt hoc tempore is locus est (accepta eius Topographia à clarissimo nobilissimoq. & stemmate & literis viro, D. MARCO LAVRINO, istius loci Domino) formam, Regionis ipsius hodierni situs declarandi studio, mutauimus. In aliis verò, quæ nullum habebant Auctoris nomen, fuimus paulò audaciores: in quibus & mutauimus aliquoties pro nostro iudicio quædam, & quædam detraximus, & quædam etiam nonnunquam, prout res videbatur postulare, adiecimus. Quarundam etiam Regionum, ad seriem nostram aliquo modo complendam, nouas primi pro nostro modulo Tabulas confecimus, vt quàm paucissimæ, quoad hoc tempore fieri posset, deessent. In istis, quas diximus, Auctorum nominibus additis, contrahendis, ea fide vsi sumus, vt non modò à Lectore nos gratiam speremus inituros: verùm ab ipsis etiam auctoribus. aut ita saltem egisse, vt neminem meritò pudere huius nostræ, quæcunque etiam est, possit, imò hanc paruam nostram non minus quàm illam magnam pro sua & agnoscere possit & habere. Studuimus enim & ipsis Auctoribus hoc nostro labore, si non gratificari, saltem non displicere. Nec aliorum hoc tempore mores sumus imitati, qui vt noui aliquid in lucem videantur edere, nil faciunt aliud, quàm huiusmodi Auctorum opera & labores mutare, atque ex bonis sæpè aliquid quod bonum non est, vulgo pro bono venditare, quibusdam nunc adiectis, nunc detractis, & ipsius Auctoris nomine dissimulato, vel appposito suo, vel ficto quopiam, quò nouitatis gratia placeat vulgo, vendique possit, vt pecuniam quouis modo corradant. Nos enim insana illa auri fame non sumus ad hunc laborem impulsæ: sed nostra ad studiosos harum rerum adiuuandos propensa voluntate, posthabita omni ex alieno labore vanæ gloriolæ aucupandæ occasione. Quid enim erat opus, cum aliorum, quæ extent Tabulæ, nostro satisfacerent operi, nouas facere?

Erunt fortassis, qui plures in hoc nostro Theatro particulares Regionum descriptiones desiderabunt, (quemadmodum quiuis naturæ ductu optabit procul dubio patriæ suæ descriptionem heic extare) verùm ij sciant, eas, quæ hic non habentur, non esse aut nostra negligentia omittas, aut quòd iis sumptus impendere veriti fuerimus: sed quia aut nullas vnquam viderimus, aut ad nostras manus nunquam vllæ venerint. Quòd si est quispiam, qui huiusmodi vel habeat, vel sciat haberi posse, eum oratum etiam atque etiam velimus, vt nobis earum copiam faciat; certò promittentes, eas nostro sumptu non sine gratiarum actione, & honorifica nominis sui mentione, separatim exsculpendas curaturos, vt huic deinde libro, suo loco, aut vbi quisque volet, adiungi possint.

De ordine quoque in Tabulis his collocandis à nobis obseruato, ratio quoque tibi, candide Lector, reddenda videtur; vt, si sint fortè, quibus aliter collocari debuisse videantur, iis hac nostra exponenda vel satisfaciamus, vel nos, quod officium postulare videbatur, saltem excusamus. Primò omnium, Tabulam vniuersum terrarum Orbem complexam exhibemus; deinde eius præcipuas partes, veluti sunt, Europa, Asia, Africa & Ame-
rica:

rica: naturam secuti, qua semper antè, quàm partes sint, totum aliquod, cuius illæ sint, necesse est esse. His subiecimus harum partium singulas Regiones ab Occidentaliore Orbis parte exorsi, Ptolemæum Geographorum Principem, & ceteros pænè omnes imitati. Sicque Americæ prouinciæ primò prodeunt: exin Britannicæ insulæ, post Hispaniæ, deinde Galliæ: Hinc Germaniam petimus, cuius Regionibus perlustratis, ex Heluetia transimus in Italiam huic contiguam, singulas eius quoq. visuri prouincias. Inde in Græciam nauigauimus. vnde in Sclauoniam profecti, singulas Prouincias, quibus vsus est linguæ Sclauonicæ, vti sunt Hungaria, Transsylvania, Polonia, Scandia, & Russia, perspeximus. Hoc modo Europa absoluta, ad Isthmum, qui est inter fontes Tanais, & Oceanum Septentrionalem, Europæ ac Asiæ terminum venimus; eoque in Asiam. quam contemplati, in Africam per angustias, quæ sunt inter intimum sinus Arabici recessum, & Mediterranei maris Sirbonim lacum, descendimus. Vnde per Ægyptum, Barbariamque ad fretum Gaditanum peruenimus. quo traiecto, domum, vnde eramus egressi, tandem reuertimur, viatori similes, vel peregrinanti cuiquam, qui Nationibus singulis, & Regionibus, longo ordine, quo sibi inter se coniunctæ sunt, nulla præterita, perlustratis, tandem, vnde exierat, lætus atque incolumis redit.

Haectenus de ipsis Tabulis; nunc de Tabularum auersa parte dicemus. Quoniam visum nobis est, ingratum Lectori aut Spectatori fore, foliorum terga ita vacua videre & omnino inania; statuimus ibi singularum Tabularum breuem quandam declaratiunculam adscribere, eodem modo quo in ipsis Tabulis diximus à nobis esse factum; nullius, qui nobis vsui fuerit, nomine omissio aut dissimulato. In fine, hisce adiecimus omnium, quotquot vel nouimus, vel habuimus, Auctorum nomina; è quibus singularum Regionum plenior cognitio (si quispiam requirat) peti possit. Quapropter Geographiæ candidati habebunt hic, his Auctoribus ordine adscriptis, & Auctorum Tabularum Geographicarum Catalogo, quem libro præfiximus, ac his ipsis demum Tabulis, quandam quasi officinam omni instrumentorum apparatu instructam; è qua, si forsitan vel ad librum aliquem, vel ad Regionum descriptiones sibi deesse quippiam sentiant, leui, imò nullo negotio videre possint, vnde id peti queat.

Hæc sunt quæ putauimus Lectori esse indicanda. Superest, vt singulos oremus, ne alio animo hunc laborem nostrum excipiant, quàm quo à nobis & inchoatus est & absolutus, ac tandem in lucem editus. Vale, & fruire; atq. FRANCISCI HOGENBERGI artificiosæ manui, cuius vnus indefatigabili diligentia ferè omnes hæ Tabulæ cælatae sunt, bene faueto. Antverpiæ M. D. LXX.

H A D R I A N I I V N I I H O R N A N I
I N H O C T H E A T R V M.

*Terrarum tractus, calum, anfractisque profundi,
Certius ut radio scriberet Ortelius,
Raptatum Phæbus supera in conuexa retraxit,
Multiplicique auxit cognitione virum.
Inde hic despiciens terras, freta, templaque cali,
Distinxit spatiis omnia regna suis.*

C A T A L O G V S A V C T O R V M
 T A B V L A R V M G E O G R A P H I C A R V M
 Q V O T Q V O T A D N O S T R A M C O G N I T I O N E M H A C T E N V S
 p e r u e n e r e ; q u i b u s a d d i d i m u s , v b i l o c o r u m , q u a n d o , & à q u i b u s e x c u s i s u n t .

- Ægidius Bulionius Belga, Galliam Belgicam descripsit, quam edidit Antverpia Joann. Liefrinck,
 & Sabaudiam cum Burgundia Comitatu, euulgatam apud Hieronymum Cock, Antverpia.
 Ægidius Tschudus, Rhetiam, Heluetiamq; Basilea apud Jsingrinum.
 Andreas Pograbijs Pilsnensis, Sarmatiae Europae partem, quae subiacet Sigismundo Polonia Regi,
 Venetijs 1569.
 Andreas Thevetus, Galliam Parisiis, 1578.
 Antonius Campus, Cremonensis agri corographiam delineavit. in hoc Theatro.
 Antonius Ienkinsonus, Russiam; Londini, 1562.
 Antonius VVied, Moscoviam; Antverpia.
 Augustinus Hirsvogel, Regionum haectenus non visarum (vbi titulus habet) Tabulam edidit. con-
 tinet verò Histriam, Slauoniam, Carinthiam, Styriam, Goritziam, &c. vicinasque regiones; Nu-
 renberga, apud Joannem Weygel.
 Augustinus Iustinianus, Nebia Episc. Corsicae descriptionem in Tabulam redegit, vti ipsemet in-
 quit in sua Historia Genuensi.
 Bartholomæus Scultetus, Misnia & Lusatia Corographiam; Gorlit 2ij anno 1569.
 Benedictus Arias Montanus, Terra Canaan descriptiones duas, vnam quae continet situm eius
 quem habuit tempore Abrahae ante aduentum filiorum Israel; alteram in undecim tribus distinctam,
 in suo Apparatu Biblico, Antverpia excuso, apud Plantinum.
 Benedictus Bordonius, Italiae Tabulam; vti habet Leander in sua Italia descriptione.
 Bernardus Brognolus, Veronens. Territorium euulgavit; Venetijs 1564.
 Bernardus Siluanus Eboliensis, Ptolemaei Geographiam recognouit, & nouas tabulas recentiorum
 navigationibus respondentes, neque à verbis aut mente Ptolemaei discrepantes (vbi ipse scribit) ad-
 iunxit, anno 1511. Venetijs.
 Bonauentura Brochardus, Palaestinam; Parisiis, apud Poncetum le Preux.
 Bonauentura Castilioneus, Longobardiam; auctor Joannes Antonius Castilioneus, in libello qui
 De Insubrum antiquis sedibus inscribitur.
 Carolus Heydanus, Germania Typum; Antverpia apud Hieronymum Cock.
 Carolus Clusius Atreb. Hispaniam, antiquis ac recentibus locorum in ea nominibus inscriptam,
 quam nos edidimus anno 1571.
 Caspar Hennebergerus Erlichensis, Prussiam descripsit, quam Georgius Ostergerus edidit Re-
 giomonti, 1576.
 Caspar Vopellius Medebach, Descriptionem Orbis terrarum; item Europa totius, ac Rheni tra-
 ctum; omnia Colonia.
 Caspar Bruschijs Egranus, Montis Piniferi (quem Fiechtelberg vulgò nuncupant) Tabulam,
 Ulmae apud Sebastianum Francum.
 Christianus Schrot Sonsbekenensis, Gelriam cum Cliuia, vicinasq; regiones, Antverpia apud Ber-
 nardum Puteanum: Eandem tabulam idem recognouit, ediq; curauit per Hieronymum Cock, Ant-
 verpia. Descripsit quoque vniuersam Germaniam, quam idem Cock pralo excudit. Idem Danubij
 tractum. Item Tabulam quam inscripsit Peregrinationem filiorum Dei, Calcaria apud Vincen-
 tium Houdaen. 1572. Westphaliam quoque, in hoc Theatro.
 Christophorus Pyramius, Germania Tabulam; Bruxellis Brabantia, 1548.
 Christophorus Saxtonus, Angliae regnum descripsit multis tabulis. singulas enim eius regiones sin-
 gulis tabulis expressit. Londini, 1580.
 Christophorus Zellius, Europa Typum; Nurenberga.
 Cornelius Adgerus Frizius, descripsit Archiepiscopi Coloniensis diocesim: excuditque Franciscus
 Hogenbergius, ibidem, 1583.

Cornelius

- Cornelius . . . tonij, *Regionum Orientalium Tabulam, uti titulus habet (continet autem Danie Regnum & circumiacentes regiones) excusam Amstelrodami. Idem descripsit Europam, editam Francofurti ad Mœnum.*
- Daniel Speckel, *Alsatia superioris & inferioris Iconem edidit Argentina, 1576.*
- David Zeltzlin, *Topographiam Sueviae Ligae, sive Circuli; Ulmae 1562. Idem Franconiae circulum descripsit, 1577.*
- Didacus Mendezius, *Peruuiam regionem: in hoc Theatro.*
- Diegus Gutierus, *Americam; Antverpia apud Hieronymum Cock.*
- Dominicus Machaneus, *Benacilacus Corographiam, à Leandro Alberto citatam legimus.*
- Egnatius Danti, *Perusinum agrum, Romae, 1580.*
- Erhardus Reych Tyrolensis, *Palatinatus Bauariae tractum; Nurenberga, 1540.*
- Ferdinandus à Lannoy, *Burgundia Comitatus Tabulam quam in hoc nostro Theatro nunc demum exhibemus.*
- Ferdinandus Aluares Zeccus, *Lusitaniam; Romae, apud Michaelem Tramezzinum, 1560.*
- Florianus, *Tabulam Sarmatiae; Regni Poloniae, & Hungariae, utriusque Valachiae, necnon Turciae, Tartariae, Mosconiae, & Lithuaniae partem comprehendentem, Cracouiae, 1528.*
- Franciscus Hogenbergus, *Gallia Belgica tabulam delineauit; & excudit Colonia Agrippina.*
- Franciscus Monachi Mechliniens. *Regiones Septentrionales; Antverpia, apud Syluestrum à Parisiis.*
- Gabriel Simeoneus, *Alimania tabulam; in libello inscripto Dialogus Pius & Speculatiuus, Lugduni, apud Gulielmum Rouilium, 1560.*
- Gemma Frisius, *Uniuersi orbis tabulam, Antverpia.*
- Georgius Collimitius, *Hungariae tabulam Lazari (quam Cuspinianus edidit) recognouit.*
- Georgius Gardnerus, *Wirtebergensem Ducatum, Antverpia, 1575.*
- Georgius Hoefnaglius Antverpianus, *Gadis insula delineatiuncula nostrum Theatrum ornauit.*
- Gerardus Mercator Rupelmundanus, *Palaestina, sive Terrae sanctae: item Flandriae, Louanii. Postea Europa; deinde Orbis uniuersi ad usum nauigantium accommodati tabulam; Duisburgi edidit. Excudit quoque Britannicarum Insularum tabulam, ab alio quopiam descriptam. Idem tabulas Ptolemaicas ad mentem Auctoris castigauit, & edidit Duisburgi, anno 1578. Plura ab eodem Geographia studiosis non minus utilia quam iucunda indies expectantur.*
- Godefridus Mascopius Embricensis, *Diocesis Monasteriensis & Osnaburgensis typum; Embrica edidit per Remigium Hogenbergum, 1568.*
- Gregorius Amaseus, *Fori Julij tabulam descripsit; quam ab auctore se habuisse, inquit Leander in sua Italia.*
- Gulielmus Postellus, *Galliae typum; Parisiis, 1572. Ab eodem uniuersalem Orbis terrarum descriptionem habemus ibidem excusam.*
- Henricus Coquus, *Hispaniae antiquae tabulam descripsit, & edidit Salmantica, 1581.*
- Henricus Zellius, *Europam, Nurenberga. Item Prussiae, ibidem.*
- Hieronymus Chauetz, *Americam descripsit, quae nondum in lucem prodijt. Idem Conuentum Hispanensem, quem iam in hoc Theatro in lucem damus.*
- Hieronymus Bellarmatus, *Thusciam; Romae.*
- Hugonis Cusini, *tabulam Comitatus Burgundiae manuscriptam uidi.*
- Humfredus Lhuyd Denbygiensis, *Angliae regni tabulam; Item Cambriae Corographiam, hoc nostro Theatro anno 1569. publicatas.*
- Iacobus Castaldus Pedemontanus, *Orbis uniuersalis typum, magna forma; eandem minori forma; Item Asiae; Africae; Hispaniae; Italiae; Siciliae; Corsicae; Hungariae, & Pedemontanae tabulas; Venetiis, & Romae.*
- Iacobus Dauentria, *Brabantiae, Hollandiae, Gelriae, Frisiae, Zelantiae tabulas descripsit & edidit, Mechliniae.*

Iacobus

- Iacobus Homen Lusitanus, *Europam nauigatorem descripsit. quæ edita fuit Venetiis 1569.*
 Iacobus Surhonijs Montanus, *Hannoniam, & Lutzenburgum prouincias descripsit, easque nunc nostro Theatro publicamus.*
 Iacobus Zieglerus, *Palestina, Scandia, Ægypti & Arabia; libri forma, & in iis Commentariis Argentorati, apud Petrum Opilionem, 1532.*
 Ioannes Auentinus, *Bauaria tabulam; Landshuti, anno 1533.*
 Ioannes Baptista Guicciardinus, *Uniuersi terrarum Orbis imaginem, maxima forma; quam Aquila comprehendit, Antverpia, 1549.*
 Ioannes Bucius Ænicola, *Europam; sub forma puella, Parisiis apud Christianum VVechelum.*
 Ioannes Calameus, *Biturigum regionem; Lugduni apud Gryphium.*
 Ioannes Crigingerus, *Bohemia, Misnia, Turingia, & collateralium regionum tabulam; Praga, 1568.*
 Ioannes Culpinianus, *Hungariam; quam Petrus Apianus edidit; uti auctor est VVolfgangus Lazius in sua Hungaria tabula.*
 Ioannes Dominicus Methoneus, *Europam; Venetiis, apud Matthæum Paganum.*
 Ioannes Dryander, *Hassiam Cattorum regionem: eam modo hoc nostro Theatro edimus.*
 Ioannes Florianus Antverpianus, *Frisie Orientalis regionem delineauit. quæ in hoc Theatro nunc recens apparet.*
 Ioannes Georgius Septala Mediol. *Ducatum Mediolanensem, & regiones vicinas, Antverpia apud Hieronymum Cock.*
 Ioannes à Horn, *Germanie inferioris tabulam; Antverpia.*
 Ioannes Honterus, *Tabulas Geographicas edidit libelli forma; sub titulo, Rudimentorum Cosmographicorum, Tiguri apud Christoph. Froschouerum.*
 Ioannes Ioliuetus, *Galliam; Parisiis, apud Oliuerium Truchetum, 1560.*
 Ioannes Melinger Halens. *Turingia tabulam; Wimaræ.*
 Ioannes Portantius, *Liuania typum in hoc Theatro habet.*
 Ioannes Scillius Antverpianus, *descripsit Lotharingiam. Idem Lutzenburgensis Ducatus partem, quam Terram communem vulgò appellant: sed hæcenus non edita.*
 Ioannes Stumpfius, *Heluetia tabulas; in historia Heluetica volumine Tiguri excuso apud Christophorum Froschouerum.*
 Ioannes Sambucus Pannonius, *Transsylvaniam; Vienna Austria, 1566. Item Hungariam, ibidem, 1570. Forum Julij, & Jlyricum, hoc nostro Theatro edita.*
 Ioannes Surhonijs, *Veromanduorum regionem; Antverpia apud Christophorum Plantinum, 1558. Item Picardie, Artesia, atque Namurci in hoc Theatro.*
 Iustus Moers, *VValdechensem Comitatum, Hassia prouinciæ partem descripsit. Marpurgi excusa est, 1575.*
 Laurentius Frisius, *Chartam uniuersalem Marinam (ut vocant) alicubi in Germania.*
 Laurentius Michaelis ab Hogenkirchen, *Frisiam Orientalem in tabulam deduxit. edita est Antverpia 1579. Item Oldenburgensem Comitatum: quem prodit hoc Theatrum.*
 Lazarus Secretarius Cardinalis Strigon. *Hungaria typum primus descripsit; qui editus est Ingolstadij per Apianum, anno 1528.*
 Leander Albertus, *Corficam, Siciliam, Sardiniam; in libro cui titulus est, de Insulis Italicis, Venetiis impresso, 1568.*
 Leonardus Thurneisser, *Brandenburgensem Marcham, quæ nondum prodijt.*
 Læuinus Algoet, *Regionum Septentrionalium typum, apud Girardum Iudaum Antverpia.*
 Licinius Guyetus Andeg. *Andegauensium regionem publicauit, Parisiis, anno 1573.*
 Ludouicus Georgius, *Chinam regionem descripsit; quam hoc Theatro publici iuris fecimus.*
 Lucas Aurigarius, *Scriptit Speculum Nauigatorium, Oceani Occidentalis. Volumen est, continens multas tabulas littorales, Lugduni Batavorum, apud Christophorum Plantinum, 1584.*
 Ludouic-

- Ludouicus Teifera Lusitanus, *Afores insulas: hoc nostro Theatro.*
- Marcus Ambrosius Niffensis, *Liuiam, vicinasq; regiones, Antverpia, sed nondum edita.*
- Marcus Iordanus, *Dania regni typum, Hafnia, apud Joannem Vinitorem, 1552. Idem Holsatia, Slesvigi, &c. Hamburgi, apud Joachimum Leoninum, 1559. Et typum Corographicum Itinerum D. Pauli, necnon Abrahami Patriarcha, &c. VVittenberga, apud Joannem Cratonem, 1562.*
- Marcus Secfnagel Salisburg. *Ditionem Salisburgensem; Salisburgi.*
- Martinus de Brion, *Palestinam, Parisiis, apud Hieronymum Gormontium.*
- Martinus Carol. Cresfeldt. *ffala Rheni fluminis ostij delineati iuncula prostat.*
- Martinus Helvvig Neiffensis, *Silesia tabulam; qua Nissa excusa est, 1561.*
- Martinus Ilacomilus Friburgensis, *Europam; eam alicubi in Germania impressam habemus.*
- Martinus VValdseemuller, *Uniuersalem nauigatoriam (quam Marinã vulgò appellant) in Germania editam. Puto hunc eundem esse cum Flacomilo predicto.*
- Mathias Cinthius, *Hungariam; Nurenberga, 1567.*
- Nicolaus à Cusa: *Huius Chartam Germania citat Althamerus.*
- Nicolaus Genus: *Huius Tabula Regionum Septentrionalium habetur in Geographia Ptolemai, à Girolamo Ruscelli in Italicam versa, excusa Venetiis, apud Vincentium Valgrisum.*
- Nicolaus Germanus: *Huius Gallia Chartam citat Robertus Cœnalis. Puto hunc eundem esse cum Nicolao à Cusa.*
- Nicolaus Nicolaius Delphinus, *Europam marinam, Antverpia apud Ioannem Stelsium. Idem Gallia Tabulam promittit.*
- Nicolaus Reger, *edidit Ptolemai tabulas gemino schemate, veteri scilicet ac recentiori, ut testatur Rob. Cœnalis in suo Gallia opere.*
- Nicolaus Sophianus, *Gracia Tabulam; Roma.*
- Orontius Fineus Delphinus, *Gallia descriptionem, & Orbis terrarum typum, sub forma cordis humani. Idem Tabulam Regionum, quarum in sacris Bibliis fit mentio. Omnia Parisiis apud Gormontium.*
- Olaus Magnus Gothus, *Regionum Septentrionalium Tabulam; Venetiis.*
- Paulus Fabricius Medicus, *Morauiam; Vienna Austria, 1570. Idem Austriam promittit.*
- Paulus Iouius, *Larij lacus tabulam, cum libello; Venetiis.*
- Petrus Apianus, *Europam; Peregrinationem D. Pauli, & Typum uniuersalem; omnia Jngolstadij.*
- Petrus ab Aggere, *Orbis terrarum Typum, Aquila comprehensum; Mechlinia.*
- Petrus Boekel, *Thietmarsorum Regiunculam; Antverpia apud Joannem Liefrinck, 1559.*
- Petrus Coppus, *Jstria; Venetiis.*
- Petrus Laicstain, *Judaam perlustrans eius loca descripsit, quam descriptionem Christianus Schrot in Tabulam redegit. Extat Antverpia apud Hieronymum Cock, 1570.*
- Petrus de Medina, *Hispania Tabulam, Hispali per Joannem Gutierum, 1560.*
- Petrus Rogierus, *Pictorum regionem, vicinorumq; limitum; ut Rupellarum, Santonum, &c. Parisiis apud Franciscum Desprez.*
- Philippus Apianus, *Bauaria Tabulam, Jngolstadij, 1568.*
- Pyrrhus Ligorius Neapolitanus, *Regni Neapolitani, item Gracia, & Fori Julij Tabulam; Roma, per Michaelem Tramezinum.*
- Sebastianus Cabotus Venetus, *Uniuersalem Tabulam, quam impressam aeneis formis vidimus, sed sine nomine loci, & impressoris.*
- Sebastianus Munsterus, *Basiliense territorium; item Germania Typum; Basilea; quem Tilemannus Stella emendauit & locupletauit. VVittenberga, apud Petrum Zeitz, 1567.*
- Sebastianus à Rotenhan, *Franconiam Orientalem; Jngolstadij, anno 1543.*
- Sibrandus Leonis Leouardiensis, *Tabulam Frisia Occidentalis, quam modò in hoc nostro Theatro publicamus.*

- Sigismundus ab Herberstein, *Moscovia Tabulam*, in eius *Commentariis Basilea excusis*, apud Oporinum.
- Sta. Por. depinxit *Ducatum Osowieczimen. & Zatoriensem, Venetiis, 1563.*
- Stephanus Ghebellinus, *Comitatum Venuxinum descripsit, Gallia Narbonensis partem: in Gallia excusis est.*
- Steph. Tabourotius, *Burgundia Ducatum, Gallia regionem depinxit, sed nondum in lucem prodiit.*
- Stephanus Keltenhofer, *Campania Gallia regiuncula Tabulam*; suppresso tamen suo nomine, *Antverpia.*
- Thomas Geminus, *Hispania Tabulam*; Londini.
- Thomas Scepius, *Ditionis & agri Bernatium delineationem valde accuratam in publicum dedit, anno 1578, Argentorati per Bernardinum Jobinum.*
- Tilemannus Stella Sigenensis, *Palastina tabulas duas descripsit; quarum unam inscripsit, Itinerarium Iffraelitarum ex Aegypto; alteram, Chorographia regni Iudae & Iffraelis; Vittenbergae. Item Comitatum Mansueldiensem; Colonia apud Franc. Hogenbergum. Idem praemanibus habet absolutissimam totius Germaniae descriptionem.*
- Vincentius Corfulensis, *Hispaniam, Venetiis, apud Mattheum Paganum.*
- VVenceslaus Godreccius, *Polonia Tabulam*; Basilea apud Oporinum.
- VVolfgangus Lazius, *Hungaria Chorographiam; Vienna. Item Austria; Nurenbergae. Idem Comitatum Tyrolensem; Styriam; Istriam; & Carinthiam, singulas singulis tabulis edidit. Item altera Austria: sua manu in ere celatam: Vienna.*
- VVolfgangus Regrvvil, *Buchavia regionis, siue Fuldenfis diacepsis Chorographiam delineavit & edidit, Fulda, anno 1574.*
- VVolfgangus VVissenburgius Basiliens. *Palastinam; Argentina, apud Rihelium.*

INDEX TABVLARVM HVIVS
OPERIS, SIVE INSCRIPTIONVM
EARVNDIEM.

A.		CANDIA	77
A BISSINORVM Regio	fol.99	CARINTHIA	82
AÇORES	14	CARNIA	81
ÆGYPTVS	98	CARNIOLA	63
AFRICA	4	CARPETANIA	19
AMERICA	5	CARTHAGINENS. portus	98
ANCONÆ MARCA	74	CHACZEOLA	63
ANDEGAVENS. DITIO.	23	CHINA	93
ANGLIA	11	CLIVIA	32
APVLIA	70	COMACENVS lacus	71
ARCHIPELAGI Insulæ.	77	CORFV Insula	76
ARGENTINENSE Territor.	59	CORSICA	74
ARTESIA	37	CREMÆ ager	68
ASIA	3	CREMONENS. ager	68
ASIA Minor	98	CRETA	77
AVSTRIA.	56	CROATIA	81
B.		CVBA	7
B BARBARIA	100	CVLIACANA	7
BASILIENSE Territor.	61	CYPRVS.	78
BAVARIA	58	D.	
BAVARIÆ Palatinatus	59	D ACIA	85
BELGICA	30	DANIA:	44
BILEDVLGERID	100	E.	
BITVRIGVM Regio	22	E LBA	76
BOHEMIA	53	EVROPA.	2
BONONIENSE Territor.	24	F.	
BOSNIA	81	F LANDRIA	38
BRITANNICÆ Insulæ	9	FLORIDA	8
BRABANTIA	34	FORVM IVLII	65
BVCHAVIA	51	FRANCONIA	52
BVRGVNDIA Comitatus	27	FRISIA	41
BVRGVNDIA Ducatus.	28	FRISIA Occident.	42
C.		FRISIA Orient.	43
C AMBRIA	12	FVLDENS. ditio.	51
CALETES	24	B 2	

	G.	LIVONIA	88
G ADES	19	LVSATIA	50
G GALLIA	20	LVTZENBVRGV. M.	31
GALLIÆ NARB. Ora.	26		
GELRIA	32		
GERMANIA	29	M ALTA	76
GERMANIA inferior	30	M MANSVELDIA	48
GORITIA	63.83	MARCA Anconæ	74
GRÆCIA	79	MEDIOLANENSIS Ducat.	67
GVASTECANA	8	MISNIA	50
GVIPVSCOA	19	MONASTERIENS. Episc.	52
	H.	MORAVIA	55
H ANNONIA	36	MOSCOVIA.	91
H HASSIA	49		
HELVETIA	62	N.	
HIBERNIA	13	N AMVRCVM	35
HISPALENS. conuent.	17	N NATOLIA	98
HISPANIA	15	NARBONENS. Ora mar.	26
HISPANIA noua	6	NEAPOLITAN. Regnum	78
HISPANIOLA	7	NORTGOIA	59
HISTRIA	63.81.82	NOVVS ORBIS	5
HOLLANDIA	40	OLDENBVRGV.	44
HOLSATIA	49		
HVNGARIA.	83.84	O.	
	I.	O RBIS Terrarum	1
I LLYRICVM	80.81	O SNABVRGENS. Episc.	52
I LVA	76	O SWIECZIMENSIS Ducat.	88
INDIA Orientalis	94		
ISTRIA	81	P.	
ITALIA.	64	P ALATINATVS Bauariæ	59
	K.	P PATAVINVM Territ.	70
K ARSTIA.	63	PEDEMONTANA Regio	69
	L.	PERSIA	95
L ARIVS lacus	71	PERVVIA	8
L LEODIENS. Dicecesis	33	PICARDIA	25
LEMNOS Infula	78	PICTONVM Ditio	21
LIMANIA	22	POLONIA	86
		POMERANIA	88
		PORTVGALLIA	16
		PRESB. Ioannis Imperium	99
		PRVSSIA.	87
		RHÆ-	

R.

RHÆTIA Alpestris
ROMÆ Territor.
ROMANIA
RVSSIA.

63 THIETMARSIA 45
71 THVRINGIA 50
89 TIROLIS 63
91 TRANSILVANIA 85
TVRCIA 96

S.

SABAVDIA
SALISBVRGENS. Diceccfis.
SARDINIA
SAXONIA
SCANDIA
SCOTIA
SEBENICI Territ.
SENÆ Urbis Territ.
SEPTENTRION. Regiones
SICILIA
SILESIA
SLAVONIA
STALIMENE Insula
SVEVIA.

26
57 VALENTIÆ Regnum 18
76 VENVXINVS Comitatus 26
47 VEROMANDVOR. Tractus 24
90 VERONÆ Territ. 66
10 VINDELICIA 58
82 WALDECCENS. 51
74 WANDALICÆ Insulæ 45
90 WESTPHALIA 46
76 WIERTEBERG. Ducatus 60
54 WINDORVM Regiones. 63

V.

T.

TARTARIA
TERRA SANCTA

81
78
61 ZARÆ Territor. 82
ZATORIENSIS Ducat. 88
ZELANDIÆ Insulæ 39
92 ZERBI Insula. 76
97

Z.

Q V O N I A M V E R O P L V R E S
 R E G I O N E S A V T I N S V L Æ I N H I S T A B V L I S
 D E S C R I P T Æ S V N T, Q V A M I N E A R V N D E M T I T V L I S
 C O N T I N E N T V R, V I S V M N O B I S F V I T O P E R Æ P R E T I V M, E A S H O C
 A L T E R O I N D I C E E T I A M S T V D I O S I S I N D I C A R E.

A		Culmigeria	87	Hebrides Insulæ	9.10
A lbania	fol. 79	Cumani	83.84	Helfenstein	60
A lgarbia	16	Curlandia.	88	Hesdinens. præfectura	37
Amazonum regio	8	D.		Hohenbergum	60
Andaluzia	17	D ariena	8	Honao	93
Angolismensis ditio	21	D ehenbarthia	12	Horn Comitatus	32.33.34
Arabia	96	Diepholtum	46	Hultonia.	13
Argentarius mons.	74	Drenta	41	I.	
Armia	87	E.		I amaica	7
Auxonne	28	E mfereand	46	I amboli	79
B.		E laran	95	Ianna	79
B Aar	60	Ersech.	89	Iapan Insula	3.92.94
B arrois	31	F.		Iaua Insula	94
Barri Territ.	70	F Aial Insula	14	Indiae Occidentales	5
Barthonia	87	F arfi	95	Islandia Insula	90
Bassigny	28	Fessa	100	Iuitlandia	44
Becfangial	79	Finlandia	90	Iuliacum	32
Benthem Comit.	32	Flores Insula	14	Iulina Insula	45
Bessarabia	89	Foquiem	93	Iunna	93
Boddia	90	Francia Noua	5	K.	
Bogorta	8	Frislant Insula	90	K irchamer	60
Bornholmia Insula	44	Fuquam	93	K rain	80.81
Bramas	93	G.		L.	
Brasilia	5	G enuensis ora	67.69	L Anginia	13
Brisgavv	61	G S. Georgij Insula	14	L apiaca	79
Bulgaria.	89	Glessaria	87	Lappia	90
C.		Gothia	90	Lausnitz	47.50
C Anina	79	Gothia Insula	90	Limburgum	33.34.60
C arniola	65.80	Guinea	4	Linga	46
Calabria	70	Graciosa Insula	14	Lithuania	86
Campania felix	75	Groenlandia	90	Liuadia	79
Cassubia	88	Groeninger lant	42	Lobonia	87
Cataia	92	Guadel	95	Lombardia	64
Cauchincina	93	Guxutxiles	8	Lurestan	95
Cerigo	77	Guzarate	95	M.	
Chequiam	93	H.		M agna Græcia	75
Cilley	80.81	H aren	88	M aiorica &	
Comenolitari	79	H asbania	33	Minorica Insulæ	15
Condadum	17	I.		Mangi	92
Connachia	13	S. Ma-		Marcha Comitatus	46
Cornuallia	11	S. Ma-			
Crabaten	80.81	S. Ma-			

S. Mariæ Infula	14				Sumatra	94		
Marochum Regnum	100	Q.			Sungovv	61		
Mafouia	86	Q	Vancij	93	Syrfia.	89		
Massons	89		Quiani	93				
Messicana Regio	5		Quichei	93	T.			
Metellino	77		Quincij.	93	T	Amoriza	79	
S. Michaelis Infula.	14					Tangut	92	
Milo Infula	77	R.				Teckenburgum	52	
Moldaria	86.89	R	Auesbergum	46		Temeskus	84	
Moluccæ Infulæ	94		Reyderlant	43		Tercera Infula	14	
Momoniam	13		Rhodus Infula	77		Tiques	89	
Mona Infula	9.11		Riedberg	46		Topliza	89	
Mons ferratus	67.69		Russia	86		Traiectense Territ.	40	
Montensis Comitatus	46		Rustingia	44		Transifelana	32	
Morea	79		Rugia Infula	45		Tvventa.	32	
Murfa Comitatus	32		Ruthenia.	86	V.			
		N.			V	Alachia	89	
			S.			Valkéburgēse Territ.		
N	Adraria	87	S	Agora	86		32.33	
	Nanquy	93		Samarchand	91.95			
	Natangia	87		Sambia	87			
	Negroponte	77		Samogithia	86		Veētis Infula	11
	Nicſia Infula	77		S. Ioannis Infula	7		Veluvva	32
	Nigra ſilua	60		Sancij	93		Venedotia	12
	Noricum	82		Sancti Laurentij Inf.	4		Voitlandia	47
	Noruēgia	90		S. Pauli Comitatus	37		Volhinia	86
	Noua Guinea	94		Santonum Regio	21		Vſedomia Infula	45
	Nyrſeg.	84		Santorini Infula	77		VVallia	12
				Scarpanto Infula	77		VVagria	49
				Schalauonia	87		VVandalia	88
O.				Scio Infula	77		VVindiſchlandia	80.81
O	Crage	95		Semigallia	88		VVirlandia	88
	Orchades Infulæ	9.10		Seruia	89	X.		
	Ormus Regnum	95.96		Silifre	89	X	Anton	93
	Oſterlandia	50		Slefsvick	49		Xantogne	21
	Oueryſſel	32		Sorlingæ Infulæ	9		Xiamxij	93
P.				Stalimene Infula	77	Z.		
P	Apiæ Territorium	70		Stiria	56.80.81	Z	Agatai	95
	Pico Infula	14		Stormaria	49		Zeylan Infula	94
	Podolia	86.89		Suecia	90			
	Pouifia.	12		Sumam	93			

ORNATISSIMO VIRO D.
ABRAHAMO ORTELIO,
AMICO CVM PRIMIS CARO.



Pvs tuum, ornatissime Orтели, perspexi, laudo diligentia & ornatum, quo auctorum labores decorasti; laudo fidem qua singulis quod suum est integrum reliquisti; plurimum enim refert cuiusque proprios partus dignoscere, quod veritas Geographica collatione erui possit, quam, qui passim tabulas fingunt multi Geographiae plane ignari, miris modis corrumpunt; dum sine ordine, sine proportione, sine discretione tam falsas & depravatas quam genuinas & veras descriptiones in vnum corpus congerunt, vti in multis videre est tabulis quae ex talibus nobis prodeunt, in quibus posteriores nonnunquam etiam ab eodem auctore factae, corruptiores sunt prioribus; quod si si sequerentur omnes, necesse tandem esset vniuersam Geographiam inextricabilibus erroribus inuolui & obscurari. Quamobrem non exiguam laudem meritus es, qui optimas quasque regionum descriptiones selegisti, atque in vnum veluti enchiridium redelegisti idque sine alicuius diminutione, vt integra & perfecta cuiusque opera paruo are comparare, exiguo loco reponere, atque adeo quocumque lubeat circumferre liceat. Velim per otium quae recentius prodeunt adde- res, vti sunt particulares illae Lazij, quibus Ditiones Regi Hungariae hereditariae describuntur, quae a Ioanne Maiore Bibliopola Viennensi circumferuntur, & quaedam aliae. Hoc enim omnino mihi persuasum habeo, opus hoc tuum semper vendibile permansurum, qualescumque tandem regionum descriptiones a quoquam recudantur; propterea quod docta antiquitas, etiam si non vndiquaque sit absoluta, semper in pretio est. Ceterum, quod me, mi Orтели, ceteris neotericis praefers in hoc mundi Theatro, id pro abundantia amoris tui erga me dictum accipio; non enim ego mihi talem praecminentiam vnquam arrogare ausim, cum multi sint, qui tametsi paucas, eruditiores tamen quam ego descriptiones fecerint; qui si tuae sententiae reclamant, quid facies! tuum erit ipsam defendere, qui tulisti, non meum, qui in propria causa iudex esse non possum: quod si defendas, & vincas; tua erit haec gloria, non mea: nam qui culmen artis ostendere & demonstrare potest, ipsum teneat necesse est. Hac ita tecum amanter dissertare, aut potius garrere, nunc mihi donabis mi Orтели, tuae benevolentiae erga me serio summas ago gratias, & si qua in re tibi gratum facere & reciprocam benevolentiam testari potero, paratissimum promptissimumque me inuenies. Bene vale. Duysburgi 22. Nouembris 1570.

Has Tabulas
hac editione
in hoc opere
inferuimus.

Tuus integerrime

Gerardus Mercator.

IO. VIVIANVS VALENTIANVS
ABRAHAMO ORTELIO SVO.

QUALIS docta tuum celebrat Pisistrate nomen
Gracia, seruato carmine Maonida:
Sic ventura mei, praesens si inuiderit atas,
Ortelij studiis fama fauebit anus.
Quod partes laceras miserans dispergier orbis,
Tam bene collectum continuauit opus;
Et facit vt melius pulchro spectata theatro
Terra suo pateat consociata mari.

D. ABRA-

D. A B R A H A M O
O R T E L I O.

ERGONE Sol toti mundo non sufficit unus?
Sed geminos Soles auctior Orbis auct?
Sunt gemini Soles: lippus, qui non videt: horum
Primus, Apollo vetus: tuq; Abrahame nouus.
Qui, quodcumque parat Phœbus mortalibus agris,
Sidera signiferi per duodena means,
Descriptis terra præstas Regionibus omnis,
Et mundo, & priscis munus id historiis.
Cuncta videt Phœbus: tu lampade mentis oberrans
Conspicuis spectas omnia luminibus.
Ille dat & vitam natis, lucemque benignus,
Et motu & radiis inferiora regens;
Tu rebus donas animam, scriptisque disertis,
Et lucem obscuris reddis abunde locis,
Ille Solum, Calumque vagus metitur & Æquor:
Metiris Calum, cumque Mari, ipse Solum.
Quis sine Sole queat vitam traducere? priscas
Quis sine Cosmographo nosceret historias?
Nil igitur differs (Abrahame) à Sole corusco:
Teque nouum Solem clarior Orbis amat.
Quid miror? fore te Solem iam fata canebant,
Orthelij nomen cum pater imposuit.

Ex regia VVindelesora, xiiij.
Kalend. Nouemb.

Tuus Daniel Rogersius.

GERARTVS FALKENBURGIVS
NOVIOMAGVS.

Ἐἰπέ τί σημαίνει Ορθήλιος; ἢ ἡλιος ὀρθός.
Ἐπῶς; ὅτι γαιογράφων ἡλιος ἄλλος ἔφυ.
Κόσμον ὅλον γὰρ ἄρῃσα μὴ διεγράψατο βίβλω.
Τονδέ τις ὦ καλέοι καὶ νεοκοσμογόνον.

OMNIA EPIGRAMMA
DANIELIS ROGERSII ALBIMON-
TANI IN THEATRUM ORBIS
terrarum ab ABRAHAMO ORTELIO elaboratum.


PRISCA fides sileat sæcli monumenta prioris,
Plaudat, & inuentis fama sit aqua nouis.
Nec modo Pyramidum iactet fastigia Nilus,
Nec Pharias ultra Memphis adoret opes.
Roma triumphales taceat, quos extulit Arcus,
Marmore nec vario structa Trophæa canat.
Nec miram in speciem Pœnis digesta columnis
Porticus intonso concelebranda Deo est.
Quis nunc decantet Circos, caloque Colossos
Æquatos, Paris casusque signa iugis?
Singula sic cui qua attriuit cana vetustas,
Ut maneat præter nomen inane nihil:
Est ubi Pompeij gradibus sublime Theatrum?
Dignaque sideris Amphitheatra tholis?
Cuncta nouo Ortelij cedant ea prisca Theatro:
Quod structum ingenio est, sine carebit opus.

IN IDEM IOAN. VIVIANVS
VALENTIANVS.

DIVERSOS mores solita est spectare Vetustas
In scenis Enni, Cæcilijque senis.
Altius hac repetens Ortelius, utque theatro
Cuncta simul posset picta referre suo:
Æquoris ac terra tractus induxit, & omnes
Quam varia cali sub regione plagas.
Hinc quibus ad gelidum locus est declinior axem;
Corda stupent, pigro semisepulta situ.
Effrenes animos alij, sub Sole calentes
Assiduo, nimia mobilitate gerunt.
At bona temperies generosos pectoris haustus
Sufficit. hic roseo gratior aura dies
Hic placida mentes, iusti reuerentias summi
Numinis, & sacra religionis amor;
Perque artes varias hominum sollertia surgit,
Prodens diuina semina larga anima.
Cum iuuat hac magnus qua circumfunditur orbis
Ante oculos statuet parua tabella tibi:
Sin propius spectare iuuat, distincta reponet
Hic eadem in partes singula quæque suas.



*Spectandum dedit Ortelius mortalib. orbem,
Orbi spectandum Galleus Ortelium. P. 161*



ORBIS TERRARVM.

HÆC TABVLA comprehendit & exhibet totius Orbis terrarum & circumambientis Oceani effigiem; quem vniuersum terrarum Orbem veteres (quibus nouus nempe Orbis nondum innotuerat) in tres partes diuisere: in Africam scilicet, Europam, & Asiam: Sed inuenta America, eam pro quarta parte nostra ætas adiecit: quintamque expectat sub Meridionali cardine iacentem. Gerardus Mercator Geographorum nostri temporis coryphæus, in sua nunquam satis laudata Vniuersali Tabula, hunc Orbem terrarum in tres continentes distinguit: primam vocat eam, quam Veteres diximus in tres partitos fuisse, & vnde humanum genus originem sumpsisse ex sacris litteris constat: secundam, quam hodie Americam vel Indiam Occidentalem vocamus: tertiam dicit terram Australem, quam nonnulli Magellanicam nuncupant, paucis hæcenus littoribus detectam. Hunc Orbem continere in circuitu, quo maximè patet, milliaria Germanica 5400, siue Italica 21600, antiquitas docuit, idemque recentior asserit ætas. *Atque hæc tot portiones terræ, (vt Plin. in 11. Naturæ lib. inquit) imò verò, vt plures tradidère, mundi punctus (neque enim est aliud terra in vniuerso) hæc est materia gloriæ nostræ, hæc sedes: hic honores gerimus, hic exercemus imperia, hic opes cupimus, hic tumultuatur humanum genus, hic instauramus bella etiam ciuilia, mutuisque cadibus laxiorem facimus terram. Et vt publicos gentium furores transeam, hæc in qua conterminos pellimus, furtoque vicini cespitem nostro solo affodimus, vt qui latissimè rura mutatus fuerit, vltraque fines exegerit accolæ, quota terrarum parte gaudeat? vel cum ad mensuram auaritiæ sue propagauerit, quam tandem portionem eius defunctus obtineat? Hæcenus ille.*


Huius Terræ, Oceanique situm, Regionum dispositionem, sinuumque anfractus; gentiumque mores, & quicquid cognitione in iis ac scitu dignum videbatur, describere aggressi sunt ex Veteribus

PTOLEMÆVS ALEXANDRINVS;
 C. PLINIUS SECVNDVS. 3. 4. 5. 6. lib. Natural.
 Historiæ;
 ARISTOTELES DE MVNDO, ad Alexand.
 STRABO xvij. libris;
 SOLINVS POLYHISTOR;
 POMPONIVS MELA;
 DIONYSIVS APHER, & eius Commentator
 EVSTATHIVS;
 APVLEIVS, in libello De mundo;
 DIODORVS SICVLVS, lib. 5. priorib. Bibliothecæ;
 MARTIANVS CAPELLA;
 PAVLVS OROSIVS, in fronte suæ historiæ;
 BEROSVS descripsit Orbis Antiquitates;
 ANTONIVS AVGVSTVS (si verus est titulus) Itine-
 raria;
 STEPHANVS, eius Vrbes;
 VIBIVS SEQVESTER, ordine Alphabeticæ, eius Flu-
 mina, Fontes, Paludes, Nemora, Montes, Gentes.
 Ex recentioribus,
 RAPHAEL VOLATERRANVS;
 ABILFEDEA ISMAEL, lingua Arabica;
 IOANNES HONTERVS;
 BARTHOLINVS libro 8. Aufriadus;
 SEBASTIANVS MVNSTERVS;
 ANTONINVS Archiep. Florentinus, in opere historico
 Titulo 1. Cap. 3.
 DOMINICVS NIGER;
 IOANNES AVENTINVS, Boiorum Ann. lib. 2.
 IOANNES CAMERS, in Solinum;
 GEORGIVS RYTHAIMERVS;
 IOACHIMVS VADIANVS;
 PETRVS IOANNES OLIVARIIVS in Melam;
 LAURENTIVS CORVINVS NOVVS.
 ANTONIVS VERONENSIS;
 GVALTERVS LVDVICVS, in Speculo Orbis;

ISIDORVS HISPALENSIS;
 MICHAEL VILLANOVANVS, in Ptolemzum;
 ZACHARIAS LILIVS VICENT.
 HIERONYMVS GIRAVA, Hispanicè;
 ALEXANDER CITOLINVS, in Typocosmia, Italica
 lingua;
 VINCENTIVS GALLVS, in Speculo historico lib. 2.
 GVILIELMVS POSTELLVS;
 IOANNES MANDEVILIVS, & eius comes
 ODERICVS à FORO IVLII;
 GAUDENTIVS MERVLA, lib. 5. Memorabilium;
 FRANCISCVS MONACHI, in Epistola ad Archiep.
 Panormitanum.
 ANDREAS THEVETVS, FRANCISCVS BELLE-
 FORESTIVS, & PETRVS HEYNSIVS, Gallica lin-
 gua. sed hic quoque Teutonicis rithmis.
 LAURENTIVS ANANIENSIS, Italico sermone.
 ANTONIVS PINETVS, Gallica lingua descripsit, &
 iconibus exhibuit quamplurimas (vt titulus habet)
 tam Europæ, quàm Africæ, Asiæ, & Noui Orbis Re-
 gionum, Urbium, Opidorumque Tabulas.
 IVLIVS BALLINVS, celeberrimum totius Orbis Urbium
 Icones edidit, cum earundem breui historica enarra-
 tione, Italica lingua. Idem præstitit
 GEORGIVS BRVNO, Latinè, at multò ornatiùs, dili-
 gentiusque.
 BENEDICTVS BORDONIVS totius Orbis insulas, idem
 THOMAS PORCACCIVS, ambo Italica lingua.
 VVOLFANGVS LAZIVS, &
 IOANNES GOROP. BECANVS, eius gentium Origi-
 nes & Migrationes;
 PETRVS APIANVS, &
 BARTH. AMANTIUS, eius inscript. antiquas;
 IOANNES BOHEMVS, & ALEXANDER SARDVS,
 omnium eius gentium populorumque mores & ri-
 tus. Idem fecit
 FRANCISCVS BELLEFORESTIVS, Gallicè.

TYPVS ORBIS TERRARVM.

SEPTENTRIO.



MERIDIES.

QVID EI POTEST VIDERI MAGNVM IN REBVS HVMANIS, CVI AETERNITAS OMNIS, TOTIVSQUE MVNDI NOTA SIT MAGNITVDO. CICERO:

EVROPA vnde hoc nomen acceperit, neque quis nominis auctor extiterit, ab aliquo mortalium compertum est, nisi quòd dicimus ab Europa Tyria nomen accepisse Regionem, inquit Herodotus libro 4. Hanc Plinius altricem victoris omnium gentium populi, terrarumq. pulcherrimam nominat, Asiæ & Africæ aliquando non magnitudine, sed virtute comparatam. Certum est, eam cum habitatissima sit, gentium frequentia non multò alterutra inferiorem esse. Huius latus Septentrionalis & Occidentalis, Oceano alluitur; Meridionale, mari Mediterraneo ab Africa seiungitur. Deinde Orientem versus mari Ægæo (nunc, Archipelago) Ponto Euxino, (hodie, mare Maggiore) Palude Mæotide (hodie, mare delle Zabacche) Tanai fluuio, (vulgò Don,) & Isthmo, qui est ab eius fontibus, rectà ad Septentrionem ab Asia dirimitur, Glareano teste. Habetque hoc modo Pæninsulæ effigiem, vti ipsa in Tabula videre licet. Huius caput Roma, olim totius Orbis domitrix.

Regiones eius (vt hodie eas appellamus) sunt Hispania, Gallia, Germania, Italia, Slauonia, Græcia, Hungaria, Polonia cū Lithuania, Moscouia, aut significantiùs Russia; & ea pæninsula, in qua Noruegia, Suedia, & Gothia. Ex eius insulis primùm occurrit Angliã, Irlandia, Groenlandia, Frislandia, in Oceano sitæ. In Mediterraneo mari habet Siciliam, Sardiniam, Corsicam, Candiam, Maioricam, Minoricam, Corphum, Negropontum; aliasque ignobiliore, quarum singula nomina & situm ipsa Tabula exhibet.

Habet hæc nostra Europa, præter Romanum Imperium toto terrarum Orbe reuerendum, vltra viginti octo, si quatuordecim, quæ Damianus à Goes in sola Hispania numerat, adiunxeris, in vniuersum Regna Christiana Religione imbuta: vnde huius Regionis dignitatem æstimare liceat. Regio vltra modum fertilis, naturalem temperiem, cælumque satis clemens habens. Frugum omnigenum, vini, & arborum copia nullis posthabenda, sed optimis Regionibus comparanda est: adeò amœna, cultissimisque vrbibus, pagis, & vicis exornata, vt populorum, gentiumque virtute aliis terræ partibus, etsi forma minor, tamen præstantior habetur, atque semper habita fuit, ab omnibus priscis Scriptoribus, cum ob Macedonum Imperium, tum ob Romanorum potentiam maximè celebrata. Eius laudes apud Strabonem videre licet, qui eam libro tertio, septemque sequentibus libris elegantissimè describit. Vide etiam ceteros veteres Geographos. Ex recentioribus eam inter cetera describere conati sunt, Volaterranus; Sebastianus Munsterus; Dominicus Niger; Georgius Rithaymerus; in suis Geographiis. Sed peculiariter eam descripserunt Pius II. Christophorus, & Ancelmus Cellæ.

Multa per vniuersam ferè Europam itineraria, locorumque distantis annotatis, literis mandarunt, Cherubinus Stella; Ioannes Herbaceus; & Georgius Meyerus. Idem Guilielmus Gratarolus fecit in calce libri, qui inscribitur: *De Regimine iter agentium.*





A S I A.

A S I A diuiditur ab Europa Tanai fluuio, & linea ab eius fontibus tracta ad Granduicum Oceani Septentrionalis Sinum: ab Africa verò, Isthmo, qui est inter mare Mediterraneum & Sinum Arabicum: cetera Oceanus & maria ambiunt.

Hanc veteres multifariam diuisere: hodie verò ea in quinque partes, secundum eius Imperia, quibus administratur, nobis non ineptè diuidi posse videtur. Cuius prima pars, quæ Europæ contigua est, & Magno Duci Moscouiæ paret, Mari Glaciali, Obij fluuio, Kytaiia lacu, & linea inde ducta ad Caspium mare, Isthmoque qui inter hoc Mare & Pontum Euxinum est, terminabitur. Secunda erit, quæ magno Chamo Tartarorum Imperatori obedit; cuius fines à Meridie, sunt mare Caspium, Iaxartes fluuius, Imaus mons; ab Ortù & Septentrione Oceannus: ab Occidente, iam dictum Ducis Moscouiæ Regnum. Tertiam partem Ottomannorum profapia occupat, continetque quidquid terrarum est intra Pontum Euxinum, Mare Ægeum, (nunc Archipelagus dictum) Mediterraneumque, Ægyptum, Sinum Arabicum, Persicumque, Tigrim fluuium, mare Caspium, & Isthmum, quem inter hoc & Pontum Euxinum videre est. Sub quarta Regnum Persiæ, quod hodie à Sophis gubernatur, comprehenditur; habet Ottomannos (quibuscum continuum ferè bellum gerit) ab Occidente; Magni Chami Regnum à Septentrione; & in Orientem ferè ad Indum fluuium extenditur: à Meridie verò mari, quod hodie Indicum, olim Rubrum appellabatur, alluitur. Quinta pars ceterum obtinebit, quod Indias nunc, vti & olim, nuncupant; quæ non ab vno solo, vt aliæ; sed pluribus Regulis (nam quælibet illius Regio proprium ferè habet Principem, quorum nonnulli etiam Magno Chamo vectigales sunt) moderatur. Sed neque hoc prætereundum, quòd loca maritima quæ sunt à Sinu Arabico ad Promontorium vsque vulgò Cabo de Lampo dictum, (quod vides ad 30. gradum latitudinis Borealis) ferè omnia Lusitanus possidet, aut sibi tributaria fecit.


Insulæ quæ huic Asiæ ascribuntur, inter ferè innumeras, hæ sunt præcipuæ, Creta & Rhodus in Mediterraneo Mari. Taprobana & Zeilan in Indico Oceano, vbi quoque patrum memoria à Lusitanis detectæ duæ Iauæ, Borneo, Celebes, Palohan, Mindanao; vbi & Gilolo, cum Moluccis aromatiferis hodie clarescunt. Tum Iapan; & nuperrimè inuenta Noua Guinea; sed hæc vltima, an insula sit an terræ Antarcticæ connexa, nondum constat.

Non tantum apud omnes scriptores profanos, vt vocant, hæc pars terrarum ob primas in Orbe monarchias, vti Assyriorum, Persarum, Babyloniorum, Medorumque imperia, admodum celebris extat memoria; sed etiam in sacris litteris ea præ ceteris illustris est. In hac enim non solùm genus humanum à Deo Opt. Max. creatum, ab hoste Satana delusum corruptumque, & à Christo Salvatore instauratum constat; sed omnem ferè vtriusque Testamenti historiam in ea scriptam & completam legimus.

Hanc Asiam Strabo sex, ab vndecimo incipiendo, libris persequitur. Ptolemæus eam tribus, quinto, sexto & septimo, libris descripsit; item duodecim tabulis, tribuitque illi quadraginta prouincias. Deliniat eam Diod. Siculus lib. 18. in principio. Ex Neotericis nemo eam in vniuersum singulatim descripsit. M. Paulus Venetus, Ludouicus Vartomannus, & Ioannes Mandeuilius (sed fabulis refertus hic) tantum de ea, quantum eius regionibus perlustrando dignum scitu cognouere, literis mandarunt. Vide etiam Iacobi Nauarchæ Iesuitæ epistolam.

Nos quoque eius descriptionem in maiori Tabula ante tres annos edidimus.





A F R I C A.

HANC veteres multifariā diuiferūt: hodie eam, vt Ioannes Leo tradit, in quatuor distinguunt partes, Barbariam, Numidiam, Libyam, & Nigritarum terram. **BARBARIAM**, quam meliorem censent, mari Atlantico, & Mediterraneo; Atlante mont. & Barcha regione contermina Ægypto, circumscribunt. **NUMIDIAM**, quæ illis *Biledulgeri* dicitur, & dactylos producit, (vnde Arabibus nō alio nomine quā Dactylifera Regio nominatur,) Atlantico mari ab Occidēte terminatur; & Atlante monte à Septentrione: Orientem versus excurrit ad Eloacat urbem ab Ægypto centum miliaribus distantem. Libyæ deserta arenosa illi à Meridie sunt. **LIBYA** verò tertia pars, Arabica lingua *Sarra* appellatur; quæ vox idem quod desertum significat, à Nilo ad Orientem Solem principium habet, indeq. ad mare Atlanticum versus Occidētem pergit: Numidia illi Septentrionalis est: in Meridie Nigritis se iungit. Sequitur quarta pars, quam **NIGRITARVM** terram vocant, nomine aut ab incolis, qui nigro colore afficiuntur, siue à flumine Nigro, qui hanc Regionē lambit, sumpto: Hæc habet à Septentrione Libyam; à Meridie Oceanum Æthiopicū: ab Occidēte Gualatæ, & ab Oriente Goagæ regnum. Aduertendum, quòd hoc modo vniuersam Africam mari Mediterraneo, Atlático, Æthiopico, & Nilo flumine constringunt; vnde & Ægyptus & Æthiopia Asiæ ascribuntur, quas tamen propriè Africæ annumerandas ducimus. Vera namq. Æthiopia hodie Presbyteri Ioannis imperium (quod ab omnibus neotericis Africæ tribuitur) cōtinet. Nobis itaq. cum Ptolemæo potius mari Mediterraneo & Oceano, quā fluuio circūscribi oportere iudicamus, habebitque Pæninsulæ formam; Isthmo, qui est inter mare Mediterraneum, & Sinum Arabicū, Asiæ iunctam. Huius pars Meridionalis veteribus incognita permansit, vsque ad annum M. CCCC. XCVII. quo Vasco de Gama primus Promōtorium Bonæ spei prætergressus, Africa circumnauigata ad Calecutium peruenit. Hæc pars à Persis Arabibusque *Zanzibar* dicitur.

Ad dictum Promontorium Bonæ spei, incolæ sunt nigerrimi; quod minimè tacendum duximus; quia causam nigredinis, calorem, propinquitatemque Solis omnes esse opinentur, atque hic non magis Sol torreat, quā ad fretum Magellanicum (si cæli respectu loci calorem metiri velimus) vbi tamen candidissimi esse perhibentur. Quòd si hanc nigredinem Solis adustioni tribuere velimus; videndum, vnde Hispanis, Italisque, ille corporum candor: cum æquè distent ab Æquinoctiali cum dictis Bonæ spei incolis; hi scilicet versus Austrum, illi verò versus Boream. Qui sub Presbytero Ioanne degunt, subfusci sunt; in Zeilan & Malabar habitantes nigerrimi existunt, sub vna eademq. ab Æquatore distantia, eodemque cæli parallelo. Sed hoc mirari magis quis possit, in tota America nusquam nigros inueniri, præter paucos in loco *Quareca* illis dicto. Quæ ergo huius coloris causa efficiens, an cæli aut terræ ariditas? aut fortasse soli quædam incognita proprietas? an ipsorum hominum quædam naturæ innata ratio? aut omnia: Sed hæc arcanorum naturæ indagatoribus consideranda relinquimus.

Hæc Regio Græcis Libya dicitur; Latinis Africa, quod frigoris rigiditate careat: aut (si Iosepho credimus) ab Afro quodam ex Abrahamæ posteris. Aliam nominis rationem habes apud Ioannem Leonem.

Insulæ huius partis nobiliores (omnes enim nomine hîc exprimere minimè necessarium videtur, cum in ipsa tabula videre liceat) sunt Madagascar, & quas Canarias, item Capitis Viridis vulgò vocāt, tū S. Thomæ sub Æquinoctiali sita, quæ saccharo diues est.


Apud veteres nemo hanc regionem sigillatim descripsit. Sed de ea vide Hannonis Africæ circumnauigationem apud Arrianum; & Iamboli, apud Diodorum Siculum; item Melpomenem Herodoti. Ex recētioribus cōsule Aloysium Cadamoſtum, Vasculum de Gama; Franciscū Aluares, qui Æthiopiam perlustrauit: Sed omnium accuratissimè eam descripsit Ioannes Leo; & Ludouicus Marmolius. Promittit & Iohannes Barrius Africæ volumen. De Nilo flumine totius Orbis terrarum maximo, habes litteras Ioannis Baptistæ Rhamusi, & Hieronymi Fracastorij.



AFRICA
TABULA
NOVA

EDITA EST
VERPLAZ
1570





NOVA HISPANIA.

FVIT hæc Prouincia sub Hispanorum imperio vi redacta, circa annum Domini 1518. duce Ferdinando Cortesio; qui eam maxima suorum, maiorum autem incolarum pro libertate pugnantium strage, expugnauit. Regio est argento & auro diues, flumina enim in ea quamplurima aureas arenas ferunt. Circa Oceani littora, quæstiosa admodum ostrearum quæ margaritas pariunt, piscatio. Lacus falsi in ea multi sunt, quorum aqua solis ardore in sal optimum cōcresecit. Fertilitas magna Casiæ fistulæ hic est: item fructus generis quod ipsi Cacao vernaculè appellant, estq; amygdalæ instar. quod apud ipsos magno in pretio habetur; ex eo namque potum, valde ab eis expetitur, conficiunt. Mare quod regionem alluit, & fluuij quibus irrigatur, piscibus abundant. Crocodilos etiam flumina nutriunt, quorum carnibus vescuntur incolæ. hoc animal his locis plerumq; viginti pedum longitudinem excedit. Tractus est valde montosus, & rupibus hinc inde celsissimis asperrimus. Diuersitas est magna linguarum his regionibus, adeò vt alter alterū citra interpretem minimè intelligat. Colonias ab Hispanis hic traductas habet lector in hac Tabula, primū Compostellam, vbi Sedes episcopalis, & Consilium Regium. Colima item quam Purificationis nominant. Guadalajara celeberrima, & caput Regni. (No-uæ Gallicia scilicet.) Mechoacan, sedes quoq; Episcopalis. Cacatula. Ciuitas Angelorum, metropolis & episcopatus: Mexico, ciuitas regalis, aut potius omnium Noui orbis vrbium regina; in ripa lacus, siue paludis potius sita: imò ipsa vrbis area paludinosâ est, adeò vt ad eam non nisi per pontes aditus aut exitus pateat. Lacus huius est falsus, qui longitudine ad sex leucas, latitudine quinque se diffundit. piscibus caret, præterquàm minutilis; quos vermes quis magis aptè posset appellare: ex quorum putredine quæ ardoribus æstiuis ibidem causatur, aër interdum inficitur, ita vt malefana reddatur habitatio; nihilominus incolis mercatoribusque adeò frequens est, vt quoduis aliud nostri orbis emporium. ampla enim vrbs vt quæ trium ferè leucarum itineris in ambitu habeat. lacus alter qui huic confinis est, est dulcis, admodumque piscosus. in quo etiam multa opida sunt. sunt etiam quamplurima in vtriusque lacus ripa.

Cùm hæc vrbs ab Hispanis caperetur, erat annus quadragesimus post centesimum, ex quo eius prima iacta fuerant fundamenta: eratque Montezuma id temporis eius rex, nonus numero. mirum eam tam exiguo annorum interuallo in tantam amplitudinem magnificentiamque excreuisse! Huius vrbis & territorij circumiacentis naturam, situm, & ritus, si quis penitus cognoscere desiderat, Ferdinandi Cortesij Narrationes adeat. extant in volumine Nouus Orbis inscripto: & in voluminibus nauigationum, Italica lingua Venetiis excusis.





C V L I A C A N A P R O V I N C I A .

CV L I A C A N A hæc regio, pars est regni Nouæ Galiciæ. Inuenta fuit Caroli V. Imp. Causpiciis, anno trigesimo post millesimū & quingentesimum. Vnā tantūm Hispanica colonia hoc tractu est, quæ S. Michaëlis nomen gerit. Opidula plura sunt ab incolis constructa, quæ omnia ante Hispanorum in hanc prouinciam aduentū sui iuris erant, nullo regi aut principi obedientia. Regio utcumque rerum necessariarum fertilis est. Ex montibus argentum in magna copia effoditur. Incolæ bellis & latrociniiis dediti: piscationibus ut plurimum dant operam qui maritima tenent. qui autem interiora habitant, venationibus vitæ præsidia quærunt. Nudi incedunt, verendis tantūm panniculo ex gossipio conflato, coopertis. Varia inter eos linguarum idiomata sunt. Sub dio ferè dormiunt. Gens pauperrima est.

C V B A E T S P A G N I O L A .

IN S V L A Cuba, sic ab incolis dicta, etiam Fernandina & Ioanna ab Hispanis vocata fuit: item Alpha & O, si Petro Martyri creditur. Eius longitudo ab Occidente in Orientem extenditur ad trecenta milliaria, aut potius leucas Hispanicas; quindecim & alicubi viginti habet in latitudine: Territoriū est montibus asperū, sed auri & optimi æris diues: Rubiam quam pharmacopolæ, tinctorum cognominant, quod tingendis lanis & coriis apta sit, copiosè producit. Nemoribus densis, & fluminibus paludibusq̄. dulcium aquarum vbique amœnum: etsi etiam stagna habeat falsedine à natura infecta. Nemora porcos & boues maxima abundantia nutriunt: flumina auri arenas interdum exhibent. Sex habet colonias Hispanorum: quarum primaria est, quæ S. Iacobi nominatur. vbi Episcopi sedes. Hauana autem totius insulæ emporiū est, & nauale. Duas res admiratione dignas in hac insula describit Gonzalus Oueranus. vnā conuallis quædam inter duos mōtes ad duo aut tria milliaria Hispanica deducta; campum lapideum veteres, uti in Narbonensi Gallia, hunc vocassent; lapideos enim globos producit tanto numero, ut quis multas inde naues onerare possit. atque à natura adeò ad sphæricam formam rotundos factos, ut nihil circino possit ab artifice fieri rotundius. Altera, mons est non procul à mari vnde bitumē siue picis genus emanat, tantamq̄. eius copiā effundit, ut ad mare vsque euoluatur eiq̄ue innatet, longissimeq̄. inde secundum vndarum fluxum, aut ventorum flatum diffluat. Hoc bitumen nauibus oppicandis valde idoneum aiunt.

SP A G N I O L A huic versus Orientem vicina est. Hæc à primis habitatoribus Quisquæia, postea Haiti, deinde Cipanga dicta fuit. Hispani verò eam Spagniolam, & S. Dominici à primaria eius vrbe appellant. Circuitus huius est 350. leucarum. insula est sacchari ditissima, habetq̄ue multas aurifodinas. Mirum est quod referunt de quodam animali, insecti generis, in hac insula valde frequenti; Cucuius incolæ nominant, magnitudine articulum digiti ferè æquat: quatuorq̄. habet alas, duas valde exiles, alteras duas maiores atque duras, quibus exiliores cooperiat. hoc de nocte uti apud nos cicindelæ aut lampyrides lucet; vis eius luminis non tantūm in oculis est, igniū modo stellantibus, sed quoque in lateribus, itaque, ut volantes hiatu pennarum magis quam quiescentes refuleant. Huius animalis naturæ benignitate quoduis cubiculū obscurissima etiam nocte adeò illuminari tradunt, ut legere quis in eo & scribere sine alterius luminis alicuius ope rectissimè queat. item si quis horum vnum manibus ferat, tanquam ardentem facem vel lanternam baiulans ceteris eum sequētibus viam noctu præmonstrat. Lucem eorundem animaculorum numero augeri, ita ut plures paucis idem maiori præstent claritate, referunt. Qui harum insularum prolixiorē descriptionem desiderat, adeat Petri Martyris librum de nuper repertis insulis; & ceteros Noui orbis scriptores.





P E R U V I A .

PARS Americae Meridionalis ab Hispanis diuiditur in quinque regiones, quae sunt *Castella aurea*, ut vocant; *Popaianum*; *Peruuia*; *Chila*; & *Brasilia*. Peruuiam olim latius se extendisse ante Hispanorum in eam aduentum, quum sub Ingarum imperio esset, scribunt *Giraua* & alij quidam. Nunc eam inter *Quito*, qua Boream aspicit, & *Plata*, siue *Villa Argentea*, à parte Meridionali, constringunt. Nomen accepisse scribunt à flumine & portu *Peru* dicto. Hanc hodie diuidunt in tres partes, secundum regionis situm, in *Sierras*, *Andes*, & *planitiem*. *Planam* vocant *maritimam partem*: *Sierras montanam*: & *Andes* quae est *ultra montes*, versus *Orientem*.

Primaria huius regionis Peruuiae vrbs est *Lima*, siue *Regum*, vbi regia sedes, & *Cancellaria* totius regni. Estque hic *archiepiscopalis cathedra*. Habetque sub se has vrbes *episcopales*, *Quito*, *Cusco*, *Guamanga*, *Arequipa*, *Pax*, *Plata*, *Trugillo*, *Guanuco*, *Chachapoa*, *Portus vetus*, *Guaiacuil*, *Popaian*, *Carchi*, *S. Michaelis*, & *S. Francisci*.

Auri ditissimam inter omnes totius Orbis regiones esse, arguunt inter multa, haec pauca. Scribit *Franciscus Xeresius* in *Cusco* aedes fuisse, cuius *area*, *parietes*, & *tectum*, vndique aureis laminis erant inductae. Tradit *Giraua* incolae *Anzermæ* prouinciae ab imo calcaneo ad ceruicem, auro ad praecilia armari: *loricas*, *thoraces*, *tibialia*, omnia ex auro fabricari. Idem auctor est, circa *Quito* auri fodinas esse, vnde plus auri quam terrae effodiatur. Qui *historiam Atabalipæ* ultimi Ingarum regis litteris tradidere, in eo consentiunt, eum Hispanis pro sua redemptione obtulisse tantum auri, quantum locus, quo ipse captiuus detinebatur, capere posset. Erat hic viginti tuos pedes longus, septemdecim largus: hunc implere promittebat in eam altitudinem, qua ipse erecto brachio ultimo digito pertingere posset, aut si mallent (audi quoque regionis inexhausti argenti vim) eandem bis argento, ad summum vsque tectum replere. Hispanos quum primum hanc regionem occupassent, equorum soleas ex auro & argento formasse, litterarum quoque monumentis constat.

Ab *Ingis* (quae vox regem aut supremum significat) olim haec regio gubernabatur, quorum hanc seriem apud *Diegum Fernandem* inuenio. Primus fuit *MANGO CAPA*. Hunc Peruuiani ab homine satum negant, sed ex petra quadam, quae circa *Cuscum* ostenditur, procreatum credunt. Hic ex vxore *Mama Guaco* filium sustulit, nomine *SICHEROCA*. Patre hic bellicosior vicinos multos populos subiugauit, & imperij limites promouit. Ex *Mama Cura* vxore heredem reliquit *LÓCVCO PANGVE*, *Ingam* tertium. Hic parta à patre tueri, quam nouis imperium augere, maluit. Admodum decrepitis, duxerat vxorem *Mamam Anauerque*; quae illi filium & successorem produxit, quem *MAYTA CAPA* nominant. Hic *Cuscum* prouinciam suo regno adiecit. Ex coniuge *Mama Yacchidela*, filium nomine *CAPAC YVPANGV* genuit, sed nihil memoria dignum fecit. Filium reliquit ex matre *Mama Cagna*, quem *INGARVCA* vocant. Sed neque hic aliquid dignum relatu in vita egit, praeterquam quod matrimonio sibi copulauerat *Mamam Micay*: ex qua illi multi sunt filij nati, inter quos vnus, nomine *Yaguar guac inga Iupangue*, de quo hanc narrant *historiolam*: Puer trimestris aetate, surreptus fuit à quodam *Cacique*, ut eum occiderent. Inter consultandum autem an eum interimerent, nec ne: accidit ut huic infanti lacrymando guttae ex oculis sanguineae effluerent: quod isti prodigij loco interpretantes, de eo interficiendo supersedere. Interea temporis à quodam alio repertus, & patri restitutus, adoleuit in virum strenuum & admodum militarem, ita ut sibi quamplurimos populos circumuicinos subiecerit. Coniunxitque sibi matrimonio *Mamam Chiquiam*, ex qua filium primogenitum vidit *VIRACOCAM*, & hic illi in imperio successit, auxitque id non paruo incremento. Post hunc regnavit *PACHACOTI* eius filius, natus ex coniuge *Mama Yunto Cayan*. Hic omnes suos praedecessores in re bellica anteuit, ita ut victoria superauerit plurimas gentes. Hic arcis *Cusconicae* prima iecit fundamenta. *Moriens* reliquit post se heredem *TOPA INGA YVPANGVE*, filium ex vxore *Mama Anabarque*, qui non tantum arcem à patre inchoatam, absoluerit, sed patris gloriae imitator aliquot regna, uti sunt *Chila* & *Quito*, vicinis ademerit, imperioque suo adiunxerit. Vias illas regias, toti orbi admirandas, primus strauit, ab *Cusco* nempe, *Charcas* & *Chilam* vsque, quibus passim dispositis *Chasquis* (postas vocant nostrates) magnum fecit huius itineris compendium: horum enim beneficio, centum & viginti leucarum interuallum, trium dierum spacio emeriebatur, idque (res nostris auribus stupenda) expedito pedite. (nullum namque his regionibus iumentum, ante Hispanorum aduentum visum incolis vnquam erat.) *Moriens* reliquit filios *ultra centum & quinquaginta*. *GVAYNA CAPA* autem, quem ex *Mama Oclo* coniuge genuerat, heredem constituit. Hic etsi patrem habuerit magnanimum & rebus pace belloque eximium, egregijs tamen hunc rebus gestis, multis parasangis post se reliquit. Multo enim ulterius regni Peruuiani fines promouit. *Republicam* in meliorem formam reduxit, legesque multas emendauit, nonnullas de integro sanxit. Duxerat vxorem *Coyam Pilico Vaco*; ex qua cum nullam susciperet prolem, alias multas superinduxit; ex quibus, numero filiorum, patrem non tantum aequauerit, sed & superauerit. Inter quos primus natus erat *GVASCAR*, cuius mater vocabatur *Raua Oclo*. Idem alium habuit nomine *ATABALIPA*. Inter hos duos fratres cum nonnihil dissidij ortum de regni administratione esset, & *Atabalipa* in *Cassamalca*, *Guascar* verò in *Cusco* commorabatur: *Atabalipa*, educto in fratrem exercitu, superior factus, eum capit, captiuumque *Cuscum* perduxit, vbi & postea ab eodem interemptus, & ille postea ab Hispanis exustus fuit. Hunc finem sortiti duo fratres. Rerum habenas accepit *MANGO Inga* tertius frater, (habuit enim dictus *Guayna Capa* plures vxores, filiosque.) Hic *moriens* filium heredem instituit *XAIREM TOPAM Ingam*, qui duxit in vxorem *Coyam Cuxi Varcay Guascaris* filiam. Hic priusquam diademate imperiali coronaretur, nomen mutauit, vocauitque se *MANGO CAPA PACHVTI YVPANGVE*. Sed hic se subdidit regi *Philippo*, factusque eius *vassallus*. Hocque factum *1557. Ian. 5. ipso die* trium Regum. Promisit de his *Ingis*, eorumque rebus gestis *Petrus Cieza* peculiare volumen: an dederit, ignoro.

F L O R I D A .

PARS Americae Septentrionalis haec est. Nomen *Floridæ*, à longa, accepit, à *Paschatis festo*, quem Hispani *Pascha Florida* vocant, quod eo die ad eam primi appulerint, adiuuenerintque, anno nempe salutis humani generis, duodecimo supra sesquimillesimum. *Theuetus* (sui similis) scribit ita nuncupatam, quod tota viridis esset & florida. *Coloniam* inducere in hanc regionem non semel tentarunt *Galli*: sed haecenus non potuerunt, inuitis Hispanis, qui eos inde toties eiecerunt. Gens qui eam incolit, *barbara* est, *sordida*, & *inhumana*. Vescitur *araneis*, *formicis*, *lacertis*, *serpentibus*, ceterisque id genus venenatis & insectis. Ipsa regio satis est fructifera, etiam auri diues.

G V A S T E C A N .

EST haec Americae Septentrionalis regio, & *Nouae Hispaniae* pars. Incolae huius sunt *pauperes*. Circa *maris littus*, & *fluminum ripas*, ex piscationibus ut plurimum viuunt, interius autem ex semine, *mays* dicto. Gens est alia satis humana. Hispani in eam duas colonias duxere. Alteram quae *Panuco* dicitur, à flumine praetercunte: alteram *S. Iacobi* à Vallibus. Haud procul à *Panuco*, iuxta *Tamarao* opidum, mons visitur, in quo duo fontes, quorum alter *picem nigerrimam* effundit, alter *rubeam*, sed valde feruentem.



Aequinoctialis circulus

MARE DEL SVR

Longitudo huius regionis habet initium a meridiano Toletano, in Hispania

Tropicus Capricorni

Hic insula primum detecta fuit a. 1574

PERUVIAE
AVRIFERÆ
REGIONIS
TYPVS.

Didaco Mendezio auctore



BRITANNICÆ INSULÆ.

EA insula quæ hodie duo Regna, Anglicum nempe & Scoticum continet, cum Hiberniâ illi ab Occidente opposita, & insulis circumiacentibus, ut sunt Orcades, Mona, Vectis, & ceteræ, à Veteribus communi olim vocabulo Britannica appellata fuerunt, nomine vti videtur sumpto ab earum maxima, quam singulariter Britanniam dixerunt. Idque ab eius genuino & antiquissimo autochthonum vocabulo Prydain, ut Humfredus noster auctor est. Hanc etiam Albionem, ab Albione Neptuni filio ibidem regnante, aut, ut aliis placet, ab albis rupibus, quæ circa littus sunt, vocarunt. Hanc amplitudine alterius panè Orbis nomen mereri scribit Solinus. Hæc hodie vulgò duobus, Angliæ nempe & Scotiæ nominibus cognita est. Duoque regna in se comprehendit, quæ Tueda & Solueo fluminibus, ac monte Cheuiota discriminantur. Olim in Lhægriam, Cambriam & Albaniam diuidebatur. Postea verò cum esset sub imperio Romanorum, hi eam in tres prouincias distinxerunt, Ruso teste; apud quem sunt Maxima Casariensis, Flauia, Prima & Secunda. Ammianus verò Valentis etiam meminit. Quinque inhabitari populis scribit Galfredus Monumethensis, Britannis scilicet, Romanis, Pictis, Scotis, & Saxonibus. Sed quia has insulas & earum partes seorsum sequentibus tabulis damus, in quibus de iis denuò dicendum nobis erit, plura de iis hoc loco scribere super sedebimus. Vnius tamen viri peregrini Atheniensis de hac Britannia historiam adicere iuvat, qui est Laonicus Chalcondylas, qui ante annos plus minus centum in Athenarum vrbe degens, hæc de ea tradidit, quæ si vera an falsa sint, lectorum iudicio relinquimus. In iis quæ verè & veritati consentanea scribit, mirabimur viri tam longè hinc disiti diligentiam. Vbi verò à veritate aberrauerit (quemadmodum procul dubio absurda, & à natura regionis alienissima quædam refert) docemur non semper esse vera quæ à quolibet de quibusuis narratur, aut litteris traduntur. Hunc igitur per eius interpretem Conradum Clauserum audiamus:

BRITANNIA & insule tres sunt è regione Flandriæ, longè lateque Oceanum occupantes. Vna sita est è loci vbi maris inundatio siue estuarium conspicitur. Reliquæ tres sunt vbi aquæ in gurgitem conuersa reuertuntur. Rectius quis dixerit, istas insulas vnâ esse, quoniam vnâ existens, & ad eandem sese extendens, iisdem legibus, & moribus iisdem gubernatur; & vni subiecta magistratui, qui quæ sibi vtilia sunt, prospicit. Insula huius ambitus continet quinque maximè millia stadiorum. Eam tenet gens populosa & fortis. Habet vrbes magnas, & opibus florentes, nec non vicos quamplurimos. Rex eam gentem imperio temperat. Londras Regni metropolis & sedes habetur. Sunt in ista regione Principatus non pauci, qui obtemperant Regi, non secus ac in Gallia fieri supra memorauimus. Nec quisquam Rex facile his principatum eripuerit, nec etiam præter suas consuetudines statutaque regi obsequi tenentur. Ea insula plurimas calamitates experta est, gerens inimicitias cum multis principibus, cum rege quoque inimicitias suscipiens, & intestinis seditionibus interdum laborans. Profert regio ista vinum nullibi, nec etiam reliquorum fructuum admodum fertilis est. Frumenti autem & hordei & mellis, lanæque plurima est affluentia, adèò ut his longè reliquis regionibus vberior sit. plurimas itaque vestes contexunt. Lingua vtuntur propemodum peculiari, qua nec Germanos, nec Gallos, nec alios finitimos populos referunt. Quotidiano vitæ vsu, moribus quoque & victu nihil à Gallis discrepant. parua ipsis vxorum liberorumque cura est. Itaque per vniuersam insulam hic mos seruetur, quando quis amici domum vocatus ingrediatur, ut primum cum amici vxore concumbat, ut deinde benignè hospitio excipiat. In peregrinationibus quoque mutuò vtuntur vxoribus amici. Eadem consuetudo obseruatur † Phrantalorum regione ibi maritima, vsque ad Germaniam. Nec probrosum ducunt, vxores & filias in hunc modum imprægnari. Metropolis eius insule viris opibusque potentia reliquas vrbes antecedit, diuitiis quoque & reliqua felicitate omnes vrbes Occidentem spectantes facile superat fortitudine & virtute bellica ea gens melior finitimis, & aliis plurimis Occidentis populis censetur. Quantum ad armorum habitum attinet, scuta Italica, & gladios Græcos gestant. Missilibus vtuntur oblongis, adèò ut plerumque ea stantes in terram desigant. Flumen istam vrbe alluit magnum & rapidum, quod in Gallicum mare effunditur ab vrbe stadiis decem & ducentis, ibique restagnat adèò, ut facile nauibus hinc ad vrbe accedere liceat. Et sanè aqua refluit agrè in fluium ascendens propter vrbe obiectum, fluens per gurgitem, qui est in regione maritima Gegeutiæ. Vbi autem aqua in insula se receperit in gurgitem, naues in sicco destitui constat, expectantes donec inundatio aquarum solita redeat. Inundatio aquæ excrefcit, vbi plurimum, ad cubitos regio quindecim, vbi verò minimum, ad vndecim cubitorum mensuram augefcit. Nocte igitur & die recedentes, postea remeant aquæ. Luna cum fuerit in medio celo horizontis nostri, & eius qui subter terram est, in contrarium motum aquæ discedunt. Hæc hætenus quasi per transfennam à longè prospexit, ut ita dicam, Laonicus. De his Britannicis insulis præter veteres, uti sunt Tacitus & Cesar, vide Polydorum, Ioannem Maiorem, Iouium, Gregorium Liliū, Robertum Canalem Perioche 2. de re Gallica 3. Ant. Sabellicum Enn. 10. lib. 5. Gulielmum Paradinum, Galfredum Monomethensem, Ponticum Virunium, & Bedam.

Flandrorum
fortè.



OCEANVS VERGIVIVS

ANGLIAE, SCOTIAE, ET HIBERNIAE, SIVE
BRITANNICAR: INSVLARVM DESCRIPTIO.



Britannia omn' insularum Occidentis & Septentrionis
maxima & potentiss' est: cuius potentiam hodie par-
tem Angliam vocamus, ab Anglis vultuere Saxonum
genti, qui sub Valentiniano eam ingressi, tenuit. Hec
veteribus Albion dicebatur, ad differentiam, quon re-
liqui oes eo tractu Britannia dicebantur. Ab Occi-
su viciniam habet Hiberniam, hodie Irlandiam ap-
pellant; & regibus Anglie subditam.

1000000

SCOTIA, Septentrionalior Britannicæ insulæ pars, quæ antiquo vocabulo Albania, & ab incolis auitam linguam retinentibus (quos agrestes vocant, & interiorem regionem habitant) Albayn etiam nū appellatur, olim à Romanis Britanniam Minorem, & Secundam dictam fuisse, ex Sexto Rufo Lhuydus colligit. Hæc regio Grampio monte aspero & informi (cuius Tacitus meminit) bifariam diuiditur. Is enim à Germanici maris littore ad ostia Dæ fluminis, latera Aberdoniæ abluentis, per mediam Scotiam in Hibernicum mare tendens, ad lacum Lomundum sistitur. Hic mons olim Pictorum Scotorumq; regni ferè limes erat.

Scotia multò quàm Anglia montosior est, & sterilior: sed passim habet portus, & aditus marinis aquis peruios. Sic enim maris Oceani brachia hanc scindunt, vt nulla domus in ea sit, vt Ioannes Maior testis est, quæ ab aqua maris salta ultra viginti leucas distet. In vallibus sunt lacus, paludes, fluuij, fontesq; plenissimi piscibus. In ipsis montibus habet æquatam agri planitiem, pecoris pabulum vbertim suppeditantem, silualq; feris plurimùm abundantes. Quorum illa locorum commoditatibus etiam sustentata, minus vñquam deuinci potuit, cum ad siluas & paludes præsto vbiq; gentium sit profugium, & ad famem tolerandam ferinæ carnis atque piscium pastus.

Plurima habet hæc Scotia miranda, quorum partem ex Hectore Boëtho collegimus. In Gallouidia lacus est Myrtoun dictus, cuius vna pars aliarum aquarū more gelu hyeme concrefcit; altera nullis frigoribus congelari potest. Sunt in Cariæta regione ingentis magnitudinis boues, quorum caro tenera suauisq; esui est; ceterum pingue r. umquam cæcrescit, sed olei liquidi instar semper fluens. Oceanus huius littora alluens, diues est ostreis, hælæcibus, congris, conchis, aliisq; id genus piscibus maximè saxatilibus. In Coyl prouincia haud plus decem millibus passuum ab Aër oppido saxum est duodecim vix pedes altum, extensum 33. cubitorum spissitudine, haud immeritò ab incolis Surdum appellatum. Nam quatumuis ingetem strepitum, sonitumq; vel etiam bombardæ edas ab vno latere, ex aduerso haud exauditur, nisi quàm remotissimè absis, tum enim sonus facile percipitur. In Lenno, quæ Ptolemæo Lelgouia dicitur, lacus est longè maximus, Loumond vernaculè dictus: supra 24. miliaria in longitudinem extensus, octo in latitudinem. Triginta insulas complectitur, quarum pleræque vicis frequētibus habitata, templa facellaq; Diuis dicata habent. Tria in hoc memoratu digna reperiuntur. Nam pisces illic esui humano suaues pinnis carent. Lacus interdum nullo flante vento ita immensè concitatur, vt vel audacissimos nautas quò minus soluant, deterreat. Vnde vento cessante naues medio cursu correptæ, cum maximo discrimine iactantur, & nisi portus quispiam forte propinquus adsit, plerumque euertuntur. Denique est insula quædam gregibus armentisq; pascendis vber, sed quæ natans fluctansq; quò venti impellant, huc illuc feratur. Constans fama est, lapidem in Argadia nasci, qui si paulò diutius stramētis stupifve supponatur, incendium faciat. Ad Slanis (castelli nomen est in Buthquhania) antrum est admirandæ naturæ. Aqua enim in id instillans tractu temporis in candidissimum cōuertitur lapidem; ac nisi certo annorum curriculo eximerentur, olim iam oppletum illis fuisset. Nullus in hac regione mus maior conspicitur; nec si importeretur, vitam illic ducere potest. In Fisa regione effoditur ingenti numero lapis niger, faciendo igni supra modum accommodus. Ad ostium Forthæ fluminis in medio mari altissimus scopulus est, ex cuius summitate fons aquæ dulcis largissimè admirando naturæ miraculo scaturit. Ab Edinburgo plus minus duobus passuum millibus, fons cui olei guttæ innatant, scaturit, ea vi, vt si nihil inde collegeris, nihilo plus confluat, quatumuis autem abstuleris, nihilo minus remaneat. Valet hoc oleum contra varias cutis scabrities. Hactenus de his. Habet Scotia in regione Drisdalia aurifodinam, in qua etiam id quod vulgò Lazurum dicitur, inuenitur. Habet & ferri, & plumbi quoque mineras.

Incolæ qui cis Grampium montem Meridionalem partem habitant, sunt bene morati, & humaniores; lingua vtuntur Anglica. Qui alteram partem Septentrionem versus accolunt, genus hominum asperum ac longè durissimum est. Siluestres dicuntur: hi sago & interiore tunica Hibernico more, tincto croco amictuntur, nudisq; genu tibiis, incedunt. Arma sunt, arcus & sagittæ, cum ense admodum lato. Pugionem ex vno latere tantum acutum sub zona semper ferunt. Hi lingua Hibernica omnes vtuntur. Sicq; duplex est in Scotia lingua, & mores gemini. Hos Altæ terræ viros, reliquos (siluestres nempe) Imæ terræ viros, vocamus, inquit Maior Scotus.

Scotiæ vrbiū prima est Edinburgum, Regia sedes, vbi castellum est Puellarum cognominatum, multoties auctorum testimoniis celebratum. S. Andree, in quo Vniuersitas, & Abredonia altera Vniuersitas. Est insuper Glasguensis vrbs, Archiepiscopalis sedes. Et Perth oppidum, quod S. Ioānis villa vulgò dicitur, solum inter Scotiæ villas muro cinctum. Caledoniæ siluæ (cuius Ptolemæus aliq; meminere) vix reliquæ hodie supersunt, nominis dumtaxat vestigia apud Sterlingium oppidum exstant. Hæc de Scotia quæ Regni titulo decoratur, nunc de insulis circumiacentibus & ad hoc Regnum pertinentibus.

Hebrides magnitudine & numero primas tenent. Boëthus 43. esse ait; sed hic Manam cum iis ponit, quæ non Scotico regno subiecta est; sed Regi Angliæ obedit; neque hanc à veteribus inter Hebrides nominari putauerim. Hebridum prima est Arana, (quæ & Botha) Helau, & Rothesa. Non procul ab his Aliza, auibus Solandis abundans; maiorū anatum genus id est. Maxima omnium & nominatissima Illa est, frumētis ferax & metalli diues. Mox Cumbra, Mulaque. Iuxta has Iona est, Regum sepulturis insignis. Deinde Leuisa. Omnium autem postrema est Hirtha, polarem habens eleuationem 63. gradus. Hæc earum nomina sunt apud Boëthum. Ioannes Maior Scotus nominat earum Argyllam, Araneam, Awynam, Butham, siue Rothsayam, Lelhuoram. In his insulis sunt anseres, illis Clakis dicti (Bernacas eas vocat Sil. Gyraldus) quos Boëthus ex mari & lignis putrefactis prouenire affirmat, & non ex arboribus nasci, vt vulgus scriptorum prodit. Etenim, inquit, si lignum in id mare proicias, temporis tractu primum in eo vermes excavato ligno nascuntur, qui sensim enatis capite pedibusq; atque alis, plumas postremò edunt, demum anseribus magnitudine æquales, cum ad iustam peruenerint quantitatem, cælum petunt, auium reliquarum more, remigio alarum per aëra delati. Post Hebrides proximæ sunt Orchades, quarum præstantissima Pomonia, Episcopali ac templo augustissimo, tum duobus munitissimis castellis insignis. Zelandiam vnam earum quoque nominat Ioannes Maior, quinquaginta mille passibus in longum expositam. Nulla in eis arbor est; nullum triticum, exundantibus alioqui ceteris frumentorum generibus. Serpens aut animal venenosum nullum gignit. Butyrum sale conditum in Scotia veneunt. Incolæ cum abundantia hordei potentissimum conficiant potum, & omnium mortalium sint bibacissimi, nullum tamen in eis vñquam ebrium, aut mente alienatum, nullum amentem aut stolidum visum esse, auctor est Boëthus. Idem de Scerlandicis tradit; sed hoc de his minus mirum, quibus nempe potus aqua est. Horum Scerlandorum opes vniuersæ in piscibus arefactis, ac tergoribus animantium. In Hebridibus Hibernica lingua vtuntur; in Orchadibus verò Gothica. M. Jordanus in sua Daniæ tabula ait Orchades Danorum Regibus subesse, cum tamen has Regni Scotiæ sub Ducatus titulo sciamus. De Scotia & insulis vicinis, lege quos hoc loco citauimus, Hectorem Boëthum, & Ioannem Maiorem, & Ioannem Lelhuam, Scotos.



HIBERNIAE PARS

- In loca Lemnada,
- 1. Naryn
- 2. Moryn
- 3. Brochall
- 4. Way
- 5. Ruy
- 6. Brude

Miliaria Scotica

OCCIDENS.

SCO'TIAE TABVLA

SEPTENTRIO.

Oceanus Deucalidonus.




ORCADES INSVLAE
The iles of Orkney.

ANGLIAE PARS
Northumberland

GERMANICI PARS

Cum Prælegio

ORIENS.



A N G L I A.

ALBIONIS insulæ pars Meridionalior, quam vulgus Latinum & exteri fere omnes Angliam vocant, ab indigenis non vno nomine appellatur, idque etiam diuersimodè. In omnes enim regiones eam diuidit. Pars eius quæ Orientem, & mare Germanicum spectat, ab indigenis Anglis Saxonum populis, qui eam occuparunt, sua lingua Angliam vel England (quasi Anglorum terram) indigerant. Occidentalior verò pars, quæ ab hac, Sabrina & Dea fluminib. discernitur, & Britanica autaq; lingua vitur Wallia, vel walles, à prædictis Anglis nominatur. Hi verò Britanni se ipsos antiquo vocabulo Cambros, & regionem Cambriam, Anglos verò Saissons, quasi Saxones, & regionem veteri nomine Lhœgriã dicunt, nec quid sit Anglia, aut Anglus, norunt, tãta est in horum insulanorum lingua diuersitas.

Tota hæc Anglia, aut, vt melius dicam, Lhœgria & Cambria, proprio gaudet rege, cui multæ eius regionis Ducès, Comites, Principesque obediunt. Regio est quocumque anni tempore temperatissima. Cælum crassum, in quo facilè nubes, imbres, ventique coguntur, atque eò minus frigoris æstusque, propter ipsius cæli densitatem. Compertum namque est, etsi Brabantia, Flãdria, cismarinisque regionibus sit Septentrionalior, nunquam tamen ibi, vti his locis, tanto gelu sæuire hiemes. Colles passim multi, nullis arboribus confiti, nullisque aquarum fontibus irrigui, qui herbam tenuissimam atque breuissimam producant, quæ tamen abundè ouibus pabulũ suppeditat, per eos ouium greges candidissimi vagantur, quæ siue cæli, seu bonitate terræ, mollia & longè omnium aliarum tenuissima ferunt vellera. Et quia hæc regio neq. lupos, neq. vlla animalia rapacia nutrit, videre licet ouium greges interdum noctuque passim errare per montes & valles, perque agros compascuos ad pascendum cõmuniter relictos, aut per fundos, quos post collectos fructus, cõsuetudine quadam peruetusta, vicinus quisque cõmunes habet ad alendum pecus. Hoc vellus verè aureum est, in quo potissimum insulanorum diuitiæ consistunt, nam magna auri atque argenti copia à negotiatoribus eiusmodi in primis cõmendatæ mercis gratia, in insulam quotannis vndique apportatur, ibique perpetuò manet, quia aliò terrarum referri, omnibus lege vetitum est. Omni etiam pecudum genere abundat, præter asinos, mulos, camelos, & elephantos. Canum genus nullibi gentium maius ferociusque.

Habet solum sæcundum frugiferumque, vt pote quod absque frumentis & leguminibus, cuiusque generis materiam producit, præter abietem, & vt Cæsar ait, fagum, nunc tamen est passim fagus quoque. Semper virens laurus nusquam his Septentrionalibus regionibus feliciter prouenit. Tãta hinc Rosmarini vbique copia, vt hortos inde sepiant. At vinum non habent, cum vitis apud hos rarò maturescit, & in hortis magis vmbra, quam fructus causa colitur. Nusquam gentium maior cornicum multitudo, genus auium ibi maleficum, non enim modò maturas fruges deuorat, sed cum nascuntur, rostro semen euellit, sic vt agricolis necesse sit per id tempus pueros locare per aruos cum arcibus (quando voce humana non deterrentur) qui eas abigant.

Oceanus qui insulam alluit, omnis generis piscium copia redundat, inter quos lucius est, quæ Pike vernacula lingua appellant, qui apud illos magno in pretio habetur, coque cum interdum ex palustri aqua in viuaria transferunt, vbi nidore illo olido purgatus, anguillis minutisque pisciculis pastus, mirandum in modum pinguescit. Hinc (quod mirari quis debeat) in piscario foro viuus cum videri debeat, si opus sit, ei cultro venter aperitur, vt illud pingue quod habet ostendatur, at si minus vedatur, eo tamen vulnere affectus haud moritur, quippe plaga filo insuitur, ac statim post in viuatio tincarum glutinoso contactu sanatur. Sed Ostrea nec alibi delicatiora, nec plura.

Fert item aurum, argentum, cuprum, ferrum, sed eius exigua copia, plumbum nigrum, & plumbum album, i. stannum, in suo genere optimum, in magna abundantia hinc effoditur, & ad exteras gentes effertur.

Gens procera statura, venusta & candida facie est, cæsis vt plurimum oculis, & vt sono linguæ Italis persimiles, ita corporum habitu ac moribus ab illis pænè nihil discrepant. Vestimento non multum absimili Gallico vtuntur. Feminae niueo candore, insignique forma, quam longè decentissimo vestitu honestant. Victus maxima pars in carne consistit. Cereuisia, quam ex hordeo conficiunt, in vsu est, potus certè cum utilis, tum iucundus, vt qui valde in Belgicis etiam regionibus expetitur, & inuehitur. In prandis ac cœnis hilarè, nitidè, lepidè atque ampliter viuunt. Bello sunt intrepidi, optimi sagittarij, ac in militia moræ haud multum patientes, & idcirco vbi ad arma ventum est, statim de omnibus fortunis alterius partis dimicant, quia omnia victorem sequuntur. Sed neque arces ædificant, quin olim conditas, vetustateque ruentes minus fariendas curant. Vrbes habent atque oppida egregia, frequentesque pagos, & villas magnificas. Primaria vrbs, emporium, & regia sedes Londinum est, ad flumem Tamesim sita, potè lapideo viginti pilis, fornicibus iunctis, spectatissima. Supra hunc pontem vtriusque domus sunt ita positæ, vt perpetuus fermè vicus, non pons videatur. Hæc de cæli & terræ, gentisque, naturæ & moribus, quæ ferè ex Polydori Angliæ Chronico cõcinnauimus. is enim accuratè hanc insulam descripsit.

HIBERNIA insula huic etiã regno paret, & aliæ minores, vt sunt Vectis, Menauia, Mona, Druidum olim sedes, quam Angli Angliscam vocant, & quas hodie Sorlingas appellant. Grenezaia, & Gerzaia insulæ, etsi situ propius ad Galliam accedere videntur, Anglici iuris tamen eas esse constat. Hanc Angliam, eiusque antiquitatem, tam singulari diligentia descripsit Humfredus Lhuidus, vt ceteri scriptores hallucinasse in ea describenda videantur. hunc secutus est Alexander Neuyllius in libello suo, Noruicus inscripto. De veterum Britannorum moribus & legibus scripsit Commentarium Daniel Rogerius cognatus meus. Idem de Romanorum in Britannia imperio præ manibus habet.

ANGLIAE
REGNI FLO-
RENTISSIMI
NOVA DESCRIP-
TIO, AVCTORE
HVMFREDO
LHVYD DEN-
BYGIENSE

1573

Cum Privilegio

Scala miliarium Anglicorum

OCEANVS GER-
MANICVS

OCCIDENS.

ORIENS.

Hibernia pars.

MERIDIES.

OCEANVS BRITANNICVS

C A M B R I A

S I V E

V V A L L I A.

HVIVS Cambriæ hanc enarrationem, ex Humfredi amici nostri fragmento, quod non ita nuper Birckmannis euulgandum dedimus, Geographiæ studiosis concinnauiimus. Hæc tertia (inquit) pars Britannia est, quæ à Lhoëgria (aut si mauis Anglia) Sabrina & Dea fluminibus separatur, omni alia ex parte Oceano Vergiuio siue Hibernico cingitur. Nomen habet à Cambro tertio Bruti filio. Hanc incolæ Cymbri, Angli verò walliam siue walles vocant. Hæc sola pars huius Britannicæ Insulæ suis antiquissimis incolis gaudet, vt qui gnesij Britanni sunt; auitaque Britannica lingua vtuntur, & Anglici sermonis (qui ex Saxonico aliisque conflatus est) prorsus ignari. Hanc Cambriam hodie in tres regiones diuidunt; in Venedotiam nempe, Pouisiam, & Dehenbarthiam. Sub Venedotia etiam Mona Insula, à veteribus celebrata, (& pro antiqua Druidum sede cognita) comprehenditur. Incolæ, Anglos victu & vestitu imitantur, & cum sint laboris impatientes, atque nimium de nobilitate generis gloriantes, Regis & Nobilium famulitio potius, quàm manuariis artibus seipfos dedunt. Vnde fit vt paucos per totam Angliam inuenias Nobiles quorum famulitij, qua in re Angli omnes gentes superant, magna pars non sit de Cambria oriunda, nam homines læticiis maximè educati, agilibus & bene compactis corporibus ad omnia munia agenda aptissimi sunt. Præterea animis cum sint elatioribus, & in summa paupertate nobilitatem generis agnoscentes, cultui corporum (vt Hispani) magis quàm diuitiis aut gulæ dediti, aulicosque mores citissimè discentes, ab ipsa nobilitate Anglica, suis Anglis præferuntur. Nuper tamen vires habitare, artes mechanicas discere, mercaturam exercere, terram optimè colere, reliquaque omnia munia publica obire non secus ac Angli solent: hac tamen in re eos vincentes, quòd nullus sit adeò pauper, quin libros suos aliquo tempore scholæ ad litteras discendas tradat: & qui studio proficiunt, in Academias mittentes Iuri ciuili pro maiori parte operam dare compellunt. Vnde euenit, vt maior pars eorum qui in hoc Regno Ius ciuile aut Pontificium profitentur, Cambri natione sint. Paucos etiam ex rudiori populo inuenias qui legere & scribere proprium sermonem, citharamque suo more pulsare nesciant. Nunc etiam & Sacra Scriptura, & preces Ecclesiasticæ in hac lingua impressæ habentur. Et quemadmodum olim gens (vt Tacitus refert) iniuriarum impatientissima, continuis pugnis & homicidiis inter se digladiabatur, ita nunc ob Legum metum, quibus optimè obediunt, supra omnes gentes, litibus & controuersis inter se vsque ad omnium bonorum consumptionem contendunt. Hucusque hæc pauca ex Humfredo, ad quem auidiorem lectorem relegamus. De Mona Insula, habes eiusdem epistolam doctissimam in calce huius Libri. Vide quoque de his regionibus Syluestri Gyraldi Cambrensis Itinerarium wallicum, & Ioannis Lelandi Genethliacon Eduardi Cambriæ Principis; apud quem hæc quoque de Mona Insula sunt:

Hæc ab Anglis vi occupata, Anglesey dici cœpit, id est, Anglorum Insula. Polydorus Virgilius, vit cum magna lectione, tum iudicio in rebus plurimis singulari, aliter sentit; contedit miris modis ex Meuania Monam facere. Si nomen quod vel adhuc retinet; Si vrbs, quæ è regione sita est, vnde & nomen Aruone pro Arnone habet; Si traiectus breuissimus quidem ille, cuius & Romani scriptores meminere; Si Penmona promontorium, quæ dictio caput Monæ significat; Si arborum ingentes trunci, ac radices sabulo obiectæ, quæ latè per Monæ littora eruuntur, Si abietes miræ longitudinis in vliginosis campis passim sub terra inuentæ, non satis probant eam olim Monam fuisse, quæ nunc Anglesey vocatur, nihil amplius in præsentia dicam, nisi quòd decimo quarto apud Tacitum libro hæc legerim: Excelsiq; luci sæuis superstitionibus sacri, &c. Idem Lelandus alibi de eadem Insula his versibus:

Insula Romanis Mona non incognita bellis,

Sed Venetis tantum cereali munere prestans,

Quondam terra ferax nemorum, nunc indiga siluæ,

Mater vt à vulgo Cambrorum iure vocetur, &c.

Plura de huius regionis natura incolarumque genio, capite 5. libri 2. Guilielmi Neubrigenensis.

Possunt his adiungi quæ apud Polydorum, & Robertum Cænalem in Perioche 11. libri secundi de re Gallica sunt.

Cedit hæc Cambria, aut (vt Anglis appellatur) wallia, (vt hoc parergi loco adiiciam) ex veteri instituto, Regis Angliæ filio primogenito, ei scilicet, qui Regi in Imperio successurus est, diciturque à primo natiuitatis die, Princeps walliæ; idque eadem significatione, qua in Hispania & Lusitania Principem dicunt, & in Gallia Delphinum.

Scribit Galfridus Monomuthensis in his walliarum partibus prope Sabrinam fluuium, Stagnum esse, quòd incolæ Linlignam vocant, id inquit cum in ipsum mare fluctuat, in modum voraginis recipitur, sorbendoque fluctus nullatenus repletur, vt riparum marginem operiat. At dum mare decrescit, instar montis eructat absorptas aquas, quibus demum ripas tegit & aspergit. Interim si gens totius patriæ illius aduersa facie propè staret, recepta intraveses vndarum aspergine, vel vix vel numquam elabi valeret, quin à stagno voraretur. Tergo autem verso non est irroratio timenda, etià si in ripis astaret.

HI
BER
NIAE
PARS.

CAMBRI
AE TYPVS
Luc fore
HVMFRE
DO LHV
YDO
Denbigiense Cam
brobritano.

Mona insula. L.
Anglesey. A.
Mon. B.

Ypsi Adar s. insula anam
olim nunc verò. ypsi. Angl.
Rhosian. s. insula
pharum. B.
Ysford. A.
Adra. L.

Aliquid Regionum huius
tractus synonyma, prout
Latine, Britannice & An
glicè etiam appellancur.

Cambria. L. Ceretia. L.
Cambry. B. Ceredigion. B.
Wales. A. Cardigan. A.

Venedotia. L. Powisia. L.
Gwynedhia. B. Powys. B.
Northwales. A.

Demetia. L. Dchenbart. B.
Dyset. B. Suwales. A.
Westwales. A.

ENGLIAE
PARS
olim
HOEGRID
appellata

VERGIVIVM SIVE HIBERNICVM MARE
MOR WERIDH, Britannis,
THE YRISHE OCEANE, Anglis.

L. A. B. littere, vocabulis
aliisq; notant illud esse
Latinum, Anglicum, aut
Britannicum, quod est
inclearum.



Scala Miliarium
Anglicorum.

10 20 30 40 50 60



H I B E R N I A.

IRLANDIAM, qua Latinis Graecisque scriptoribus Hibernia, aliis Iuerna, nonnullis Ierna dicta, Incola Eryn vocant. Inde exteri ex Anglo-rum ore, qui secundam vocalem eodem sono quo cetera nationes tertiam pronuntiant, Irylandi, & postea per contractionem Irlandi fuisse, verisimile est: Eryn enim, & landt, Anglo-Saxonibus, omnibusque Germanis, nihil aliud quam Regio aut terra Eryn, significat. Ex quo Latiniorem Irlandiam constatam esse, quis dubitat? Hanc insulam peculiari volumine descripsit ante quadringentos plus minus annos Silvester Gyraldus Cambrensis. Sed quia hic liber typis non extat, eoque in paucorum manibus sit, ex eo tantum, quantum hac nostra pagina ferre poterit, studiosis hic communicabimus, non minimam apud eos iniuros gratiam nobis persuadentes. Hac ergo apud eum habentur.

Hibernia, post Britanniam insularum maxima, collateralem habet Britanniam maiorem ab Oriente, solium Oceanum ab Occidente, ab Aquilonari vero parte trium dierum velifico cursu Boreali insularum maxima Islandia iacet. Britannia duplo fere in quantitate Hiberniam excelsit. Cum enim utriusque longitudo ab Austro in Boream extensa iacet, illa dccc. millia passuum, in longum, circiter vero duo millia in latum habet, ista vero a Brendanicis montibus usque Columbinam, qua Thorach dicitur, insulam octo dierum magnis & Hibernicis 40. scilicet miliarium excursibus, in longum protenditur. Numerus Cantaredorum omnium Hibernia est 176. Dicitur autem Cantaredum composito & vulgari vocabulo, tam Britannica, quam Hibernica lingua, tanta terra portio, quanta centum villas continere solet.

Hibernia quidem terra inaequalis est, & montuosa, mollis & aquosa, silvestris & paludosa. In summis & aereorum arduorumque montium verticibus stagna reperies & paludes, planities tamen habet per loca pulcherrimas, sed respectu silvarum modicas. Gleba prae pingui, uberi que, frugum, proventus felix terra est. Pecore montes, nemora feris abundant, pasuis tamen quam frugibus, gramine, quam grano fecundior est insula. Tritici namque, grana contracta sunt hic & minuta, & vix alicuius anni beneficio purganda. Quod ver gignit, aestas nutrit, vix in messe pluuias aquositas colligi permittit. Eolicis namque, flatibus, & pluuias inundationibus pra aliis terris hac exuberat. Melle & lacte dives est insula. Solinus & Isidorus ea apibus carere asserunt, sed salua ipsorum venia, circumspiciendum est diuerso scripserunt, vineis eam carere, & apum experte non esse. Vineis enim semper caruit & caret insula. Apes quidem sicut alia regiones hac mellificas habet. In maiori tamen, ut arbitror, copia scaturirent, si non venenosas, & amaras, quibus siluescit insula, fugerent examina taxos.

Fluminibus egregius scinditur & rigatur insula, quorum nomina haec sunt: Auenlisius, Dubel perfluens; Boandus per Mediam; Banna, per Ultoniam, per Connachiam; Linnus, & Moadus, per Kenelcunilliam, Slicheiam, & Samairam; Modarnus vero & Furnus per Kenelconiam. Sunt & alia plurima, quorum quadam ex terra penetralibus irriguunt, fontium venis emersa, alia vero subito & stagnis erupta, illustres insulam, per partes longis excursibus determinant, & distinguunt. De sub pede montis Bladina tres nobiles flumines nascuntur, qui tres sorores dicuntur, quia trium sororum nomina sunt sortita; Betna scilicet, per Lechliniam; Eoyrus per Ossiriam; Suyrus per Archsinam & Trebacciam; & apud Waterford in mare descendunt. Slana vero per VVeisford, Boandus per Mediam; Auenmorius Lismoriensis, & Sinnenus Luricensis. Inter omnia vero flumina Hibernia non immerito principatum Sinnenus obtinet, tam quantitate sua maiestate, longisque terrarum excursibus, quam fecundissima piscositate. Oritur namque ex lacu quodam maximo & pulcherrimo, qui Connachiam Momoniamque determinat: duosque brachia ad oppositas mundi partes expandit; vno namque versus Austrum ciuitatem Killelonensem lateraliter permeans, Limicicumque, complectens, ceterumque hinc miliaribus & amplius duas ab inuicem Momonias distinguens, Brendanicum in mare se effundens. Altero vero nec minore, Mediam & vltiores Ultoniae partes a Connachia diuidens, multis variisque meatibus in Oceanum tandem mergitur Borealem. Quartam igitur & Occidentalem insula partem a tribus aliis, tamquam mediterraneum flumen, a mari usque ad mare separat & fecernit. In quinque enim portiones fere aequaliter antiquitus hac Regio diuisa fuit, haec scilicet: Momoniam duplicem, Borealem, & Australem, Lagemeram, Ultoniam, & Connachiam.

Lacus quoque plurimos hac terra profert. Marinis piscibus per omnia latera satis abundanti maritima. Flumina & lacus suis sibi innatis fecunda sunt piscibus, & praecipue generibus tribus, Salmonibus, & turtris, anguillisque, lutosis Muranisque, oculos Synnenu abundat. Sed desunt generosi aliarum regionum & dulcis aquae pisces: Lucij videlicet, pertica, gobiones, & omnes fere qui non ex marinis fluctibus originem trahunt. Habent autem e contra stagna terra istius trium piscium genera, quae nusquam alibi reperiuntur. Sunt enim turtris longiores & rotundiores, albis carnibus confertis & sapidis, umbris per similes, nisi quod capite degenerant grossiore. Sunt & alij marinis halecibus, tam forma & quantitate, quam colore & sapore simillimi. Sunt & tertij, turtris, nisi quod machulis carent, per omnia similes. Hac autem tria genera piscium in aestate tantum, & nunquam in hieme comparent. In Media prope Feneram sunt tres lacus ab inuicem non remoti, quorum quilibet piscium istorum suum genus continet; ad quem nunquam alij pisces accedunt, licet tamen fluminis interlabentis beneficio vias commercabiles habeant; quinimo si piscis vnus ad lacum alterius deferatur, aut emouitur, aut ad priorem redit.

Hae Falcones, accipitres, & nises, pra aliis regionibus copiose producit. Aquilarum quoque, non minor hic copia, quam alibi miliorum, vides. In tanta vero numerositate se grues ingerunt, ut vno in grege centum frequenter inuenias. Sunt & aues hic multa quae bernaca vocantur; quas mirum in modum contra naturam natura producit; anatis quidem palustribus similes, sed minores. Ex lignis namque, abietinis, per aquora deuolutis primo quasi gummi nascuntur; deinde tanquam ab alga ligno coercente conchylibus testis ad liberiores formationem inclusa, per rostra dependent. Et sic quousque processu temporis firmam plumarum vestituram induit, vel in aquas decidunt, vel in aeri libertatem volatu se transferunt. Vidi multoties oculis meis plusquam minuta huiusmodi auium corpuscula in littore maris ab vno ligno dependentia, testis inclusa, & iam formata. Non ex harum coitu ut assolet oua gignuntur; non auis in eorum procreatione vnquam onis incubat. Unde & in quibusdam Hibernia partibus auibus istis tanquam non carnis, quia de carne non natis; ieiuniorum, tempore vefci solent. Aues quoque, biformis natura, quas aurifrisios vocant, sunt hic multae; aquila quidem minores, accipitre maiores, quibus alterum pedem vnguibus armatum, apertum & rapacem; alterum vero clausum, pacificum, solique, natatu idoneum, natura ludentis opera contulit admiranda. Sunt & auicula quae martinetas vocant, merula minores, in modum coturnicum, curtae, sed albo ventre nigroque, dorso degenerant. Mirum, de his auiculis; quia si mortua in sicco loco seruentur, putrescere nesciunt: & inter vestes aliaue res locatae, eas indemnes a tineis conseruant. Et longe stupore dignum est, mortua quoque in sicco suspensa, rediuita plumarum renouatione singulis annis immutantur. In Boreali Hibernia parte cygni abundant. Ciconiae vero per totam insulam rarissima sunt, & illa nigra. Desunt perdices, phasiani, pica, & philomela.

Ferarum quoque, cunctas fere species continet. Habet enim cervos pra nimia pinguedine minus fugere praualentes; quantoque, minores sunt corporum quantitate, tanto pracellentius efferuntur cornuum dignitate. Aprorum nusquam terrarum tantam copiam vidimus. Sunt & lepores multi. Sed omnium animalium, ferarum, & auium corpora, hic quam alibi suo in genere minora reperies. Est & taxus, & mustela. Sed caret capris, damis, & ericiis. Talpa nulla, vel rarissima; sed mures infinitissimi. Lupum & vulpem habet. Sed omnibus venenosus caret. Habet tamen araneas, & lacertas, sed prorsus innocuas. Terrae motus hic nunquam. Vix semel in anno tonitruum audies.

Nunc ad ea quae digna stupore Natura in his terrarum finibus reposuit. Est lacus in Momonia Boreali duas continens insulas: vnam maiorem & alteram minorem; maior ecclesiam, minor capellam habet. In maiorem nunquam femina, vel femineis sexus animal aliquod intrare potuit, quin statim moreretur. Probatum est hoc multoties per canes, catros, aliaque, sexus illius animalia. In minori vero nemo vnquam mortuus fuit, vel morte naturali mori potuit. Est lacus in Ultonia continens insulam bipartitam, cuius altera pars probat a religionis Ecclesiam habens, spectabilis valde & amana. Pars altera hispida nimis & horribilis, solis demonis dicitur assignata. Pars ista nouem in se foueas habet, in quarum aliqua si quis forte pernoctauerit, a malignis spiritibus statim arripitur, & nocte tota ta grauibus pennis cruciatur, ut mane facta, vix vel minima spiritus superstitis reliqua misero in corpore reperiantur. Hic autem locus Purgatorium Patricij ab incolis vocatur. Est fons in Momonia, cuius aquis si quis abluitur, statim canis efficitur. Vidi hominem cuius pars barba limphis istis lota, canis incanduerat, altera parte tota in sua natura fusca remanente. Est e contra fons in Ultonia vltiore, quo si quis abluitur, non canescit. Est in Connachia fons dulcis aqua in vertice montis excelsi, qui die naturali bis vndis deficiens, & toties exuberans, marinas imitatur instabilitates. Est fons in vltiore & Boreali Ultonia parte, qui ob nimiam sui frigiditatem ligna imposita per septennij spatium in lapidem obdurat. Est in Connachia hac quoque, fons solis hominibus acceptabilis; iumentis vero, aliisque animalibus pestilens. Est fons in Momonia, qui si tactus ab homine fuerit, statim tota prouincia pluuias inundabit.

Gens huius insulae laneis tenuiter vtuntur nigris, (quia terra istius onis nigra sunt) & barbaro ritu compositis. Caputiis modicis assueti sunt, subito tenuis protensis. Sellis equitando non vtuntur, non ocreis, non calcaribus; virga tamen, in superiori parte camerata, tam equos excitant, quam ad cursus inuitant. Frenis quidem vtuntur tam chami quam freni vice fungentibus, quibus & equi semper herbis assueti, ad pabula nequaquam impediuntur. Nudi & inermes ad bella procedunt. Tribus tamen vtuntur armorum generibus, lanceis longis, iaculis, & securibus. Gens agrestis, inhospitibus; summas reputant delicias labore carere, & summas diuitias libertate gaudere. In Musicis solum instrumentis commendabilem inuenio gentis istius diligentiam. Hac summam hinc inde ex Gyraldi historia excerpimus, obseruato eius elocutionis filo. Qua apud Polydorum, Guilielmum Nenbrigensem, Joannem Maiorem, & c. de hac insula traduntur studiosus Lector his adiungat. Descripsit hanc insulam Daniel Rogerius carmine elegiaco, ad D. Thomam Ruedigerum.

Hae propria locorum florumque vocabula corripite legi nonnulla, valde dubito: collatione aliorum exemplarium restitui spero. Interea beneuolus confuler. Damus quod pollumus, non quod volumus.

OCCIDENS.

Cum Prætorio

Eryn.

HIBERNIAE
BRITANNICAE
INSVLÆ NOVA
DESCRPTIO.

Irlandt.

SEPTENTRIO.

MERIDIES.

Ex Græcis Camb.
In Aram insulis, hominum corpora non putrescunt,
eque non humantur, sed ab eis exposita permant in
corrupta. Sic homines aevi, annos, triaui longæque
stipra sui frum magna admiratione cognoscunt. In ea
non sunt mares, et si aliunde illati fuerint, in mare
confestim se precipitant, sit impediuntur, emoriantur.

Connacticum Mare,
Græcis Cambrensi.

HVLTONIA
QUILSTERER.

De hoc Eryu factu scribit
Græcus Camb. quod ubi terra
fuerit, sed eo insularum insularum
cum uelut uenerem, Deo uero, in
tantam aquarum altitudinem erumpit,
ut, ut uentis cum terra cum fili
his inundatione submerferit. At, in
rei gestæ uentem, huius, sereno traque
er, etiamnum Templum turris sub
uicti hinc uide conspicit.


Hibernicum Mare, Margaritis
sed subfusis & luentes generat. Poffid.

Hanc insule partem
Angli inuenerunt de
die Elizabetha Angliæ
reginæ Colomaque du
cta est Dno Smitho
exate uirato 1572.

ORIENS.

SCOTI
PARS.

Scala miliarium Anglicorum



1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

Faint, illegible text in the upper section of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

Faint, illegible text in the middle section of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

Faint, illegible text in the lower section of the page, possibly bleed-through from the reverse side.



Vertical text on the left margin, possibly a page number or reference code.

A S O R E S

I N S V L A E.

IN S V L A S in Oceano Atlantico siue Occidentali, quas Hispani *Açores* vocant; ab accipitrum auium genere quod isti *Açor*, multitudinis formula, *Açores* nominant, nomen sortitas, sunt qui credunt. Est qui eas ab *Essorer*, gallico vocabulo, quod siccare vel arefcere significat, sic dictas, scribit, ineptitque. Nostrates *de Vlaemsche eylanden* vocant, quasi Flandricas insulas, quod ab ijs, Brugenfibus mercatoribus nempe, primùm detectas creditur. Nihil in ijs id temporis præter arbores, (inter quas plurimã cedrus) siluasque & varia alituum genera, inuentum perhibent, eosque ibidem colonos misisse, & cultas reddidisse. Postea sub Lusitanorum imperio se dedidisse, cui hætenus parent. Veteres has minimè nouisse, certum est. nominauerint ne, incertum. Nam an eas sub nomine Cassiteridum descripserint, subdubito. Naues mercibus Indicis onustæ, in redeundo solent ut plurimum ad has accedere insulas, priusquam Vyssiponam, aut Gades adpellant. Mirandum autem quiddam de harum insularum solo, aut cælo, ne dicam genio, hoc accipi: Soluentes utpote ex nostro hemisphærio versus Americam, aut nouum, ut vocant, Orbem, quum primùm Açores à tergo reliquerint, continuò liberari à cimicibus pulicibusque, atque omni pediculorum homines infestantium genere, quod statim præternauigatis his insulis, moritur, extinguiturque. Numero sunt nouem, his vernaculis nominibus: S. Michaelis, Terçera, S. Georgij, Pico, Fayal, Graciosa, Las Flores, Del Cueruo, & S. Mariæ, quas singulatim enarrabimus.

T E R Ç E R A.

HÆc Terçera vocatur, quod tertia sit ordine, ex Hispania venientibus. Insula est frumenti & fructuum fertilis, neque vini omnino sterilis. Magnus incolis prouentus ex rubia quam tinctorum cognominant, qua panni colore rubro inficiuntur. Eius hinc magna vbertas, imprimis circa loca, quæ vulgo *Los Altares* & *Folladores* appellant. Primaria vrbs est Angra, cum promontorio seu propugnaculo munitissimo, dicto Brazil. Hanc insulam Hispani à nostro Seruatore Iesu, *Isola del buen Iesu*, quoque cognominant.

P I C O.

NO M E N accepit hæc insula, à monte, quem habet, in formam rotundæ pyramidis acuminato fastigio in altum desinente. Quidquid namque à natura talem sortitur formam, à Lusitanis *Pico* vocatur. Mons hic altitudinis est trium millium passuum. Intus cauernosus est, multisque antris obscuris excauatus. Solet nonnunquam eiaculari flammæ, Aetnæ instar. Ad pedem huius montis Orientem versus, fons conspicitur, aquæ dulcis, qui interdum ignea fluenta, lapidesque ignitos effundit: tantaque violentia atque impetu, ut eos veluti torrens, per decliua & subiecta loca, ad mare vsque protrudat, ibidemque ex horum lapidum mole promontorium effecerit, quod *Misterij* vulgo nuncupant. Distat hoc à dicto fonte XII. M. P. Hodieque ad mille quingentos passus solito vterius in mare extenditur, ex continuata nempe lapidum hinc deuolutorum congerie. Nugantur qui scribunt hanc insulam à Pico martio aue nomen sumere.

F A Y A L.

A Fago arbore denominatur hæc insula. Lusitani enim fagum *Faya*, & fagutal siue locum fagis consitum *Fayal* vocant. Superesse etiamnum in hac insula ex posteritate Flandrorum qui eas primi inhabitauere, familias quasdam, uti sunt qui vocantur *Buyn/Utrecht* &c. ex viro quodam Lusitano fide digno percepi.

De ceteris, nempe quæ de Las Flores, à florum nempe copia: Del Cueruo, à coruis: Graciosa, ab amoenitate, appellationem sumserunt: aut S. Mariæ, S. Georgij, & S. Michaelis, à Diuis ut pote sic nominatis, (Hispanis enim hoc familiare est, indere locis nomen eius Diui, cui ille dies quo primùm ad eum appellant, sacer sit) non habeo quod addam; præterquam, Theuetum errare in eo, quod historiam eius montis quã nos in Pico plenè descripsimus, illi falso & leuiter S. Michaelis insulæ tribuat.

SEPTENTRIO.

AÇORES INSULAE.

Privilegio Imp. et
Reg. Mages. necnon
Ordinum Belgicor.
ad seeculum.

Longitudo
huius descriptio
nis sumta est a
meridiano Tolitano,
Occidentem versus.

Insula del
Cueruo.

Insula
Graçiosa.

Insula de las
Flores.

Insula Fayal.

Insula S. Georgii.

Insula Terçera.

Insula del Pico.

Insula S.
Michaelis.

Has insulas perlustravit summaque
diligentia accuratissime descrip-
sit et delineavit Ludovicus Teise-
ra Lusitanus. Regiæ Maiestatis
cosmographus.

ANNO A CHRISTO
NATO.
CIC. IO. LXXXIII.

Insula S.
Maria.

MERIDIES.

Scala Leucarum. 5 10 15 20



H I S P A N I A .

HISPANIA Straboni corio bubulo humi protenso comparatur. Ea pelago vndique cingitur, nisi qua parte Pyrenæi montis obiectu à Gallis diuiditur. Habet Hispania ab Ortu, montem Pyrenæum: qui à Veneris Templo siue Promontorio exortus, prope Iliberos (Colibre hodie) in Oceanum procurrit Britannicum, atque hac parte maximè angusta est, adeò vt ego, dum per Cantabriam iter facerem, inquit Vaseus, in monte Diui Adriani, nisi fefellit aspectus, vtrumq. mare me vidisse meminerim, Oceanum videlicet, cui eramus proximi, atque eminus, quantum oculorum prospectus ferre poterat, Mediterranei maris albicantes fluctus. A Septentrione autem clauditur Oceano Cantabrico; ab Occasu mari Occiduo; à Meridie Fretu Herculeo, & mari Balearico.

Diuiditur verò Hispania in tres Prouincias, Bæticam, Lusitaniam, & Tarraconensem. Bætica à Septentrione clauditur Ana fluuiio, ab Occasu habet eam Atlantici Oceani partem, quæ est inter ostiū Anæ & Fretum Herculeum; à Meridie mare Balearicum, quod est inter Fretum Herculeum, & Charidami promontorium, quod vulgò appellari dicunt Cabo de Gata. Ab Oriente terminatur linea ducta ab hoc Promotório per Castulonem ad Anam fluuium. Dieta est Bætica à Bæti fluuiio memorabili, qui prouinciam totam interfecat: qui ortus in saltu Tygenfi, decurrit in Oceanum Atlanticum: atque hodie vocatur vocabulo Arabico Guadalquivir, quod sonat Fluuium magnum. Hæc Prouincia posterius à Vandalis habitatoribus Vandalicia dieta, hodie quoque corrupto vocabulo Andalusia dicitur. Lusitania habet à Septentrione Durium fluuium, ab ostio ipsius, vsque ad pontem, qui est contra Septimancas: ab Occasu eam Atlantici Oceani partem, quæ est inter ostia Anæ & Durij fluuij: à Meridie Bæticam: ab Oriente terminatur à Tarraconensi, linea ducta ab Oretania veteri, vsque ad pontem, qui habet è regione Septimancas. Lusitania habet nomen à Luso Liberi Patris filio, & Lyfa eiusdem Liberi socio, cum Luso Bacchante: vnde nunc à Luso, Lusitania; nunc à Lyfa, Lysitania dicitur. Reliqua Hispaniæ pars pertinet ad Tarraconensem prouinciam, quæ à Tarracone ciuitate nomen accepit, eius prouinciæ Metropoli, ciuitate ad excipiendas Principum peregrinationes, vt inquit Strabo, egregiè nata: & in qua Imperatores iurisdictionem agitabant. Complectitur hæc regio Murcia regnum, & Valentia, & Aragonum cum Cathalonia, Castellam veterem, Nauarra regnum, Portugalliam Interamnem, Galletiæ regnum, Asturias, totam Catabriam. Hæc Vaseus in suo Chronico Hispaniæ, apud quem plura. Vide & Marineum Siculum, Marium Aretium, Damianum à Goes, Fraciscum Taraffam, Episcopum Gerundensem, Annium Viterbiensem, & Florianum del Campo, & qui eum sequitur, Ambrosium Molalem: item quos dietus Vaseus in eodem Chronico cap. 4 Hispaniæ scriptores recitat. Stephanus Bayus Nauarra regnum descripsit Hispaniæ Chronico lib. 20. Ex veteribus quoque consulendi sunt Cæsar, Strabo, & ceteri, quos Damianus à Goes in libello, Hispania inscripto, indicat. Extat & libellus Viatorius Alonsi de Meneses Hispanicè scriptus, continens totius ferè Hispaniæ itineraria, in quibus etiam distantias locorum annotauit.

Tria memoranda vulgari nobilitantur prouerbio apud Hispanos, (vt Nauagierus scribit:) Pons cui aqua superfluit, cum sub pontibus ceteris soleat manare, aquæ ductum Segouia innuentes. Ciuitas igne circumdata, Madritum significantes, cuius muri ex silicibus constant. Pons in quo continuè decem millia pecorum pascuntur, quo Guadiana fluuius denotatur, qui se ad septem milliaria subter terram immergens, denuò erumpit.


Insulæ quæ ad Hispaniam pertinent, & quorum apud veteres scriptores memoria extat, sunt ad Celticum promotorium Cassiterides, quæ hodie nusquam in Oceano apparere videtur: Insulæ Deorum, quæ & Cicæ dicuntur, hodie Yllas de Bayona: Londobries, quæ Erythia ab aliis, nunc Barlinguas. Gades, Herculi olim sacra, vulgò nunc Calez dicunt. Et hæc in Oceano omnes. In Mediterraneo mari verò sunt Ophiusa, nunc Formentera. Sunt & Gymnesiæ duæ, quæ & Baleares; hodie distincto nomine alteram Maioricam, alteram Minoricam appellant. Huius Minoricæ ora maritima vbique montibus ingentibus septa est; sed quæ est ad portum aditus, radices montium in planiciem extrahuntur, donec tam angusto interuallo ad alteram littoris partem accesserint, vt non nisi leni vento intromittantur naues. Portus Mahon appellatur, pulcherrimus & opportunus; excurrit enim in quatuor ferè milliaria longitudinem, variis & frequentibus insinuationibus, quæ facillè naues à maris sæuitia tegunt. Hinc perpetui montes prominent, è quibus immensa ligni copia peti potest. Ad extremam eius partem in montium altitudine vrbs est extructa. Maior insula contra Minoris insulæ naturam habet oram maritimam planam, mōtes verò in Mediterraneis regionibus altissimos, & magna parte steriles. Vrbs in ea eiusdem cum insula nominis, ampla & pulchris ædificiis ornata. Tarraconensium vtuntur legibus, & lingua ac moribus valdè cum eis conueniunt. Hanc Balearium descriptionem ex N. Villagagnoni libello de Argieræ expeditione mutuauimus. Philippum Hispaniæ Regem, maximum totius Orbis & omnium ætatum imperium possidere, docuimus in nostro Theatro Germanica lingua excuso.



Alibi R. S.

REGNI
HISPANIAE POST
OMNIVM EDITIO
NES LOCVPLESSI
MA DESCRIPTIO.





P O R T V G A L L I A R E G N V M.

PORTVGALLIAM improprie Lusitaniam appellant, cum alioqui nec tota Portugallia Lusitaniae finibus circumscripta sit, nec totam Lusitaniam complectatur: illud tamen negari non potest, potiore Lusitaniae partem Portugalliae regi parere. Diuiditur vero Portugallia in Transtaganam, Cistaganam, & interamnem. Transtagana Beticæ partem carpit, eam scilicet, quæ ab Ana fluuio ad regni limites porrigitur. Interamnem appello Portugalliam, quæ est inter Durium & Minium fluuios, regio non minus amœna quàm fertilis. Hæc interamnis tota extra Lusitaniam est, nisi repudiata descriptione posita, Straboni magis accedamus, qui ait, maximam Lusitanorum partem Callaicos appellatos. Huius regionis longitudo est duodecim leuæ; latitudo qua maxima est, duodecim; alibi tantum sex, aut etiam quatuor. Atque in hoc tam exiguo terræ interuallo, præter Ecclesiam Bracarensem Metropolitanam, & Portugalem Cathedralē, ac alias quinque Collegiatas, reperias plusquam centum triginta Monasteria, quorum pleraque redditus habent amplissimos: præterea plus minus mille quadringentas sexaginta Parochiales, cum suis Baptisteriis, vt scribit quidam. Certè in ea parte, quæ Bracarensem agnoscit Ecclesiam, octingentæ recensentur. Ex qua re fertilitatem & religionem antiquam gentis facile agnoscas. De amœnitate verò quid opus est dicere, cum in ea numerata sint vltra viginti quinque millia fontium perennium? Pontes quadrato lapide elegantissimè constructi, propè ducenti: portus marini sex. quod propterea minimè tacendum duxi, quia bonitas & dignitas huius prouinciæ ferè ignoratur. Huic prouinciæ adhæret ea quam Transmontanam appellant, regio optimi tritici, generosique vini ferax, in qua est Brigantia, caput amplissimi Ducatus. Hæc ex Vaseo.

Sub Portugallia hoc tempore Algarbiæ regnum (quæ eius pars maritima est versus Meridiem) pertinet. Eius enim Rex, se regem Portugalliae, Algarbiæ, Guineæ, Æthiopiæ, Arabiæ, Persiæ & Indiæ scribit. Hoc regnum primum circa annum m. c. initium habuit. Ad ea enim vsque tempora sub Hispaniæ nomine (vti & antiquitus) censebatur. Sic autem de eo Marineus scribit: Henricus quidam Lotharingiæ Comes, vir in bello fortissimus, è Gallia veniens, magnas aduersus Mauros res gessit. Pro quibus Alfonsus vi. Castellæ rex permotus, filiam suam notham nomine Tiresiam ei matrimonio collocauit: & Galliciæ partem, quæ in regno Portugalliae continetur, nomine dotis assignauit. ex eo postea matrimonio natus est Alfonsus, qui primus Portugalliae Rex est appellatus: primus qui Vlixbonam à Mauris recepit. Quorum quinq. simul regibus vno proelio superatis, quinque scutorum in signe facti monumentum posteris reliquit. Oliuerius à Marcha in Annalibus, lingua Gallica editis, paulò accuratius huius regni arma depingit. Ait enim primò fuisse clypeum argenteum sine aliqua imagine; postea à deuictis quinque regibus, quinque cæruleos clypeos impositos, deinde his singulis clypeis quinq. argenteos orbiculos additos in memoriam quinque vulnerum Domini nostri IESV CHRISTI, quæ illi inter proeliandum diuinitus in cælo apparuere; aut, vt alij tradunt, quòd quinque vulneribus mortiferis fauciatus, Deo Opt. Max. opitulante, non occubuerit.

Vide etiam Hieronymum Osorium; Marineum Siculum; & Sebastianum Munsterum. De huius regni origine, lege primum caput Decadum Asiaticarum Ioannis Barri. Athenæus libro 8. cap. 1. quædam memorat de fertilitate huius regionis & aëris optima temperie. Huius regni urbem primariam Vlissiponam descripsit Damianus à Goes peculiari libello.

Lusitanorum imperium hodie quàm latissimè patet, nam ab Herculis columnis vsque ad Chinam & Lequios per omnes prouincias maritimas insulasq. adiacentes, extenditur.

OCCIDENS OCCIDENTALIS



PORTUGALLIAE
que olim Lusitania, nouissima
& exactissima descriptio, Auctore
re Vernando Aluaro Secco



GVIDONI ASCA
NIO SPORITAE SR
E-CARD. CAMER. Chel. scru.
Sel.
Lectamen Vernandi Aluari industria descriptum tibi ob
penit. nobis patrocinium amamus. Guido Sporitae hinc ho-
mines inuicem virtute ac fideitate profecti, in Orbis terrarum
partes abierunt. Africam regnum partem in Promisum redierunt: in
numerosas insulas, quae aut nomen totum, aut se nomen qui-
dam illam exstant, primo peruenit, illaque occupauerunt
pessimam terram beatiss. sibi signiferarum fecerunt: et
notiss. nationes. In his. Christi f. cultum, christianismumque
dixerunt. (Vale) R. m. XIII.
Calendar. Junius.
A. m. M.
cccc. LX.

Climatis quarti finis Principium Climatis quinti et finis Principium sexti



HISPALENSIS CONVENTVS, SIVE ANDALVZIÆ PARS.

HISPALENSIS Ecclesia Diocesis in ea Hispania provincia continetur, qua cunctas diuite cultus & quodam fertili ac peculiari nitore præcedit. Batiam veteres à Bati fluvio, recentiores Vandalicam, à Vandalis eam posteriori seculo occupantibus, vocarunt. Cuius quidem conventus omnium Regionum, atq; conventuum Hispania, cum frequentia & civilitate populorum, tum diuitiis, & beata rerum omnium copia felicissimus iure censetur, fidem etiam accipientibus Græcorum carminibus, qui Elysijs amantates & delicias huic tractui adsingunt qui Oceano occiduo obiectus est: longe lateq; patet hoc territorium in ducenta ferme egregia oppida, vicis quamplurimis non annumeratis, ut vnus hic conventus pluribus oppidis invidicus nunc sit, quàm omnes quatuor simul in ea provincia fuerit: quos auctore Plinio CLXXV. tantum iura dedisse constat. Nam quota pars hac fuerit, si centum pagorum millia accenscantur quæ à diuo Ferdinando Rege in Hispalensi agro quem Axarasijs Arabes vocarunt, cum ipsa vrbe in fidem recepta sunt? Sed ea expulsis Barbaris magna ex parte desolata sunt: limites autem ut ab antiqua conventuum descriptione multum recessere, ita ad Vambæ Regis formulam cunctis Hispania ecclesijs præscriptam propius accedunt. habet enim hæc Diocesis ab Ortu Cordubensè territorium, ab Occasu Algarbiorum fines; qua Septentrionem spectat, eam Lusitania diuisionem attingit, qua diui Jacobi magistratus appellatur. cetera verò Meridiem versus Gaditano conuentu, & Oceano clauditur. oppida in ea præcipua quamplurima sunt, in primis ipsa vrbs regia Hispalis amplissimo atque amœnissimo situ, & pulcherrimo murorum ambitu ad Batis oram posita. Batis ex saltu Tygensis ortus, & egregias adoptat a provincia vrbes præterlapsus, iam inde ab hac illustrissima colonia olim Romulea cognominata, nauigabili & pisceso aluco ad Gaditanum Oceanum per sexaginta passuum millia decurrit, ripis vtrumque oliuetis, vineis, & mira hortorum amantate florentibus & incundissimo citriorum odore fragrantibus.

Est autem Hispalis adificiis tum sacris tum profanis omnium Hispania urbium ornatisissima, cultu, & elegantia ciuium & quodam priuato & quasi natiuo splendore nulli totius orbis secunda pietas in ea, & bonarum artium studia, & nobilitatis exercitamenta apprime florent. diuitia etiã, & opes, quantas nulli vquam Regno aut Imperio quamuis excellenti, nisi vni forsitan Romano, contigisse legimus, in eam cõgesta sunt. Ipsa enim omnium Europa urbium opulentissima, quæ ab altero panè terrarum orbe quem prima aperuit, immensas, nec vllis prius seculis auditas diuitias accipit, in vniuersum Christianum orbem largè diffundit, ac ipsos etiam Barbaros, qui penitiora Asia atque Africa Regna colunt, abundè locupletat. centum, & amplius auri milliones per aliquot annos in Basilica Indici commercij in commentarios bona fide relatos constat. ut hinc aestimare liceat tantundem certè à vectoribus occultatum, ne rex ad tempus mutuetur, timentibus, quid si infinitam, & panè incredibilem opum vim expendamus quæ ad hæc tempora à principio Atlantica nauigationis eò conuicta est, binis classibus quotannis non alio mercium genere, quàm auro & argento onustis, ac eò plerumque saburratis ad nos redeuntibus? Sed hæc peregrina & aduenticia quisquam dixerit, porro propriis diuitiis adeò pollens est, ut Regi suo, cuius nomini, ac maiestati deuotissima est, sesqui millionem aureorum in singulos annos obsequij & vectigalium ergò libentissimè reddat: quantum multi principes ex integris Regnis corradere vix possunt. versantur ibi hospitium, & aduenarum mercimonij causa innumera turbæ, ac præter hos censa sunt in ea à proximis annis viginti quatuor ciuium millia priuatas domos aut domicilia habentium, in viginti octo tribus diuisa; quarum prima D. Maria titulo, & sano insignis est, quo nullum habet Christianus orbis excellentius, si operis amplitudinem & maiestatem sacra quadam hilaritate, & pulchritudine venerabilem, & turrim summa celsitudinis, è qua ad statas horas signum datur, editissimo & operosissimo fastigio admirabilem spectes, vnde in vniuersam urbem & latissimè circumiacentes campos incundissimus prospectus est. Quid Regia arcis ornamenta verè Regia describam? qua nullam elegantioris structura, aut gratioris voluptatis Hispani Reges habent, quid præterea sumptuosa Ducum, Comitumq; & illustrium procerum palatia; quid amœnissimis fontibus, & viretis ornatis ciuium ades memorem? prætereo antiquos aquarum riuos longè per arcus in varias vrbs regiones deriuatos, & recentiores s. p. q. r. ingenti sumptu & industria ad Herculanæ quas vulgo vocant columnas deductos, & publica voluptati dicatos, palustri & vliginosa vastissima amplitudinis area, confitis arboribus, in pulcherrimum viridarium reformata, & latissimis spatiis in circi speciem ad decursiones & voluptarias inambulationes relictis. Iam verò suburbanos hortos omnibus deliciis & amœnitatibus refertissimos, totq; per agros & ad Batis ripas magnificentissimè extructa prætoria quis dignis laudibus profequatur? è quibus commeantes naues & ex vtroq; orbe redeuntis quotidie spectare licet. Ipsa enim Hispalis Oceani Regina, quasi amborum sequestra, in medio posita, vtrumque felicissimis nauigationibus, & opulentissimis mercicis coniungit. longum fuerit urbani senatus & Regij prætorij maiestatem, & Trianensem arcem commemorare. Est autem Triana egregium suburbium ter mille fere ciuibus ad vltiorem Batis oram habitatum, sublicio ponte, & multis nauigijs strato, citeriori ripa atq; vrbi sese coniungens, qui verò aruorum latitiam & felicitatem omni generis frugum redundantem consideret, id certè luxuriantis natura & profusissimè genio indulgentis opus esse dicat, nec vsquam alias, ut humanis voluptatibus, & commodis gratificetur, equè delicias opesq; suas ostentantis, atq; exhaurientis.


Secundum hanc Casariana, quam nunc Xeritium limitaneum vocamus, & Astigi colonia Romanorum, Iulia Firmitas cognominata, ciuili auctoritate magnitudineq; ceteris præstat. Carmo & Vtraria duo Hispalensium vberima horrea & cellaria suam laudem merentur. Sequitur Marchena ex saxorum monumentis nescio qua fide Martia colonia appellata & Arcobriga clarissima Pontiorum ducum familia gentilicia oppida, ad hæc Ursao, quæ & Genua Urbanorum, nunc Ossunam vocant, Gironum illustrissimus & opulentissimus ducatus insignis, etiam Academia celebris. Sunt etiam insignes & oliuistate, messe & vindemia Constantina, Cazala, Moronium: & antiquitate celebris, nec vlli frugum laude secunda Nebrisa, Elij Antony Latina lingua apud nos instauratoris, & parentis felicissima patria, ad Batis estuaria posita, & in ipso Oceani sinu quem Batis iam maris auctu amplissimus influit, Lucifery promontorium, Solucar vel Santilucar vocamus, opulentum Gothmanorum ducum Emporium & Atlantici orbis nauigationibus opportunum. cetera huius Dioceseos insignia oppida breuitatis causa omitto.

Terra in vniuersi hoc tractu ad miraculum vsq; frumenti, vini, & olei, & omnis generis frugum feracissima est, quibus longinquas, & transmarinas provincias replet; & quam merito Plinius ante Italia laudes posuisset, nisi homo Italia patriam anteferre voluisset; secundum enim Hispania, quacumque alluitur mari, commendata: quod nos de eà Batia parte potissimum intelligimus, quæ ad Hispalensem conuentum spectat, est enim Oceano & Zephyri lenibus flabris exposita. Calum in eà indulgens & felici quadam hilaritate & temperie videns: homines ad pietatem & bonas artes nati, ingenio florentes, & acuti, & qui ingenia quadam animorum indole ac virtute præstantes, qua Batia quasi peculiaris & gentilis est, nec urbanitatis officijs, nec rei militaris gloria ab alijs nationibus vinci se patiuntur.

Hispalensis Archiepiscopus post Toletanum primas fert in Hispania: habuit olim à suffragijs vndecim Episcopos, ut ex Conciliorum subscriptionibus constat: Cordubensem, qui nunc à Toletana sede ius sacrum petit. Iliberitanum, qui post instauracionem Hispania in Granatensem metropolim cecit. Ilipensem, vel Eleplensem, ab Ilipa vel Elepla, quæ nunc Peñasfor, quod oppidum sedis honore caret, & Hispalensi Ecclesie parer. Tuccitanum, vbi nunc Martos, Augusta Gemella colonia appellata, quæ hodie Episcopum non habet, & Giennensi adiuuatur. Malacitanum, qui nunc etiam Hispalensi suffragatur. Egabriensem, vbi nunc Cabra, antistitem non habet, & pertinet ad ecclesiam Cordubensem. Asindensem vel Asidonensem, ab Asidonia, quæ nunc Medina Sidonia, Gaditano episcopo subdita, transata etiam Gadeisea sede, alijs Asidonia, non longè ab eo situ vbi nunc Xeritium est, assignatur, Sidonia hortus hodieq; ad Letbes subinis ripam nomen vetus retinentibus, & Asidonia Casariana cognominata fuit, cuius cognominis non obscura vestigia, quàmuis à Barbaris corruptum, nomen Xeritij seruat, nisi in eo tractu eiusdem nominis fuisse dicamus, habuit etiam Ossonobensem, ab Ossonoba prope Pharam oppidum in Algarbijs, Mauri Exubam fecerunt, quæ post in Silnensem ecclesiam concessit, quæ cum Hispalensi esset obnoxia, patrum memoria Eborensis in metropolim erecta contributa est à Paulo tertio P. M. Abderitanum, vbi in Almeria sedem migravit, & nunc Granatensi suffragatur. Astigitanum, qui Hispalensi ecclesie coaluit. Italicensem, ab Italica nobilissima Romanorum non tam ciuium quàm Imperatorum colonia, quæ ad sextum lapidem ab Hispalis trans Batim sita, Antistite Gerontio Martyre Diuo tutelari, venerabilis olim fuit, dedit hæc Traianum, Hadrianum & Theodosium optimos maximos & Augustos rerum dominos. vulgò Hispalis vetus appellatur, vastissimis etiam ruinis vix dum superstitiibus, miserabili humanarum rerum exemplo, eo magis dolendo, quod pulcherrimi & amplissimi amphitheatri moles, quæ disiecta superest, veteris magnitudinis, & nobilitatis memoriam facit funestior.

Habet hodie Hispalensis antistes episcopos Suffraganeos Malacitanum, Gaditanum & Fortunatarum insularum. Huius ecclesie maiestatem dignitatemq; & opulentiam breui compendio dicere non possumus, hoc fuerit satis, quantum ex collegiasticis rationibus colligimus, ipsi antistitis centum & amplius aureorum millia annui redditu cedant. Primarij templi sacra tella triginta & amplius millia: Senatus vero ecclesia centum & viginti millia fert, quæ in canonicos 40. & vndecim prerogatiua dignitatis sacerdotia, itidem in viginti portionarios, quos vocant, totidemq; semiportionarios sodales distribuuntur, ea lege, ut canonici & dignitates ex diurno canone ad bina millia aureorum quotannis accipiant, portionarijs quadrante minus, semis portionarijs triès ex dimenso reddatur. Horum post præsulem summa auctoritas penes decanum est, cuius dignitas quing. millibus aureorum censetur. Sunt præterea in ea ecclesia Sacrifici viginti, quos à numero vicenarios vocamus, qui nocturnis diurnisq; psalmodijs assidui ducentos & amplius aureos merentur: & ducenti alij sacerdotes, qui ex priuatis sacellis satis commoda ferunt stipendia, beneficia ad hæc per omnem Diocesis opima sexcenta fere, quorum multa singulis, & binis etiam aureorum millibus censentur: minorum verò sacerdotiorum, quas cappellanos vocant, duo millia ferme numerantur. Sunt etiam in hac Diocesi innumera monachorum & sacrarum virginum monasteria, in quibus multum religio viget, & in illis etiam litterarum sacrarum studium cum magno reipublica nostra cõmodo, multa ex his sena aureorum millia annui redditus ferunt, certè vnum Carthusianum, quod ad Batim in ipso Hispalis prospectu magnificentissimè extructum est, supra viginti quing. millia refert. Longum sit etiam hospiales pauperum domos recensere, cum in vna Hispalis tantum vltra centum viginti numeret vregregie dotata, ut multa octo millibus aureorum, nonnulla quindecim millibus annuis locupletata sint. Hæc de hac regione D. Franciscus Pacieciu licentiatu.





V A L E N T I Æ R E G N V M.

HEDITANOS populos in Hispania Tarraconēsi habet Ptolemæus. Edetaniam regionem vocat Plinius. Sidetani videntur apud Strabonem, & Sedetani apud Liuium, (Sedetanos, & Sedetaniam regionem nouit quoque Plinius, sed alios ab his, vt patet lib. 3. cap. 3.) In hoc Editanix tractu Valentia est vrbs, etsi eam Ptolemæus Contestanis, populis vicinis, adscribat. Ab hac vrbe totus hic tractus tanquam ab vrbe primaria nomen habet, comprehenditq; veterū Hedetaniam, Cōtestaniam, & partē Ilercaonum. Regni titulum hæc regio accepit circa annū salutis septingētesimū & octuagesimū octauū, vt mihi auctores sunt Petrus Methinensis, & Petrus Antonius Beutherus.

Regionis situs est ad Mare mediterraneum, irrigaturque Turia flumine, vt à Sallustio, Prisciano, & Vibio vocatur: Durias à Pomponio: & Turium à Plinio. Hodie eum, recepto à Mauris Arabico vocabulo, Guetalabiar appellant; quod aquam puram & limpidam sonat Latinis. fluuius est non admodum profundus, sed vltra modum, ob semper virentes ripas, rosas varioque genere florum coloratas, amœnus. nemoribus hic à fonte suo vsque ad ostia vtrinque à natura pulcherrimo aspectu vestitur: vbique vitex, platanus, pinus aliæque numquam fronde carentes arbores. Est & Suero fluuius, quem Xucar nouo nomine vocant. Duo, præter ceteros, sunt montes in hoc regno: alterum Mariolam nominant, alterum Pennam golosam, (rupem cupedinarum Latinè diceret) ad quos magnus herbariorum medicorumque aliunde confluxus: stirpium namque herbarumque rariorum in ijs magna copia. Habet & argenti fodinam, qua Valentia Tortosam itur, in loco Buriol dicto. Lapidem reperiuntur aureis venis lineolisue interstincti, in loco qui Aioder nominatur. Ad promontorium Finistrat sunt ferri mineræ, item iuxta Iabea locum. Circa Segorbiam lapidicinæ vestigia: vnde marmora Romam olim deuehi soleant. In Picacent alabastrum effoditur, & passim alumen, rubia, calx, & gypsum, in magna copia. Sed maximus regionis prouentus ex fictilibus, quas ipsi porcellanas nominant, an veteribus murrhina sint, incertum. Hæc tam adfabrè & tanta elegantia pluribus in hoc regno locis efficiunt, vt cum præstantissimis Italiae (quorum tanta est apud omnes existimatio) de præstantia contendere non reformident.

Inter regni huius vrbes Valentia primaria est, & episcopalis sedes: cuius episcopum habere annuè tredecim millia ducatorum aureorum, testes sunt Marinæus Siculus, & Damianus Goesius. Coloniam Romanam hanc vocat Plinius. tribus millibus passuum remota à mari, vt idem prodit. Hanc prisco æuo Romam appellatam à Romo Hispanorū rege, Annius ex Manethone, & Bouterus ex Annalibus tradunt: fides sit apud illos. In antiqua inscriptione nominatur COLONIA IVLIA VALENTIA. Romæ nomen retinuisse, addit idem Beutherus, donec eam Romani sibi subiugauerent. Hi eam amplificatam & nobilitatam, Valentiam nuncupauerunt, vocabulo idem significante. Concilium hic habitum fuit, anno à Christo nato quadringentesimo sexagesimo sexto. Vrbs antiquitate venerabilis est, & vbi ad nostram vsque ætatem multa perdurant antiqua marmora, Romanis inscriptionibus insculpta, quarum quædam videri possunt apud dictum Beutherum, & Amb. Moralem.

Ager huius vrbes vbique à Mauris colitur, quod à clarissimo viro Frederico Furio Cæriolano Valentino accepi. Auorumq; profapiam lingua Arabica, & religione Mahumetana palam & vulgò profitentur in hunc vsque diem; conuiuentibus Rege & Inquisitione.

CASTELLAE PARS

MURCIAE PARS

ARRAGONIAE PARS



Cum privilegio ad iter anno 1582.

Meridies

Septentrio

Suromensis sinus

MARIS MEDI

TERRANEI PARS.

ARRAGONIAE ORA.



G A D E S.

SV B Gadibus duas insulas videntur comprehendere Strabo, Plinius, & alij nonnulli. Mela, Solinus, Dionysius, Ptolemæus, vnam tantum, quam & Gadiram vocant, cum eiusdem nominis vrbe. Qui duas faciunt, vnam Maiorem, alteram Minorem vocant. Hanc Erythiam & Aphrodisiam vocatam scribit ex Philistide, Timæo, & Sileno, Plinius, & ex Pherecyde Strabo, quibus quoque Iunonis insula appellata fuit. Illa vocata fuit peculiari nomine etiam Erythia, atque Cotinusa ab incolis: Gadir à Pœnis: & Tartesson à Romanis, eodem Plinio auctore. Hodie vna tantummodo existat insula, (eaque Oceani alluuiionibus valde diminuta,) quam Hispani *Cadiz*, & corruptè *Caliz*, vocant. Nostrates nescio qua ratione *Calis malis* cognominat. In Minore Gadium fuit opidum. In Maiore Iulia Gadirana Augusta, quæ antea, vti ex Strabone videtur, Neapolis dicebatur. Hanc hodie Cadiz, vti insulam, vocant. Episcopalis hæc hodie vrbs, cuius Præful etiam Algeziræ titulum vsurpat.

A Tyrijs Phœnicibus hanc insulam ab initio nauigaram & exultam, ex antiquissimorum scriptorum monumentis palam est. In hac Geryones postea habitasse à quibusdam existimatur, cuius armenta Hercules Aegyptius vel Tyrius abduxerit. In altero eius cornu, huius Herculis templum fuit, conditoribus, religione, opibus, & vetustate illustre. Cur sanctum sit (inquit Mela) ossa eius ibi sita efficiunt. In altero Saturni templum fuisse, Strabo auctor est. In Herculis templo hoc, Alexandri Magni imaginem conspexit Cæsar, referente in eius vita Suetonio. Erat & fons ibi potui aptus, qui contrario affectu, sub exundatione maris deficiebat, & eodem defluente implebatur. In eodem templo areas columnas octo cubitorum fuisse, idem tradit, quibus inscriptus est sumtus factus in templi exedificationem: Iunonis fanum ibidem quoque agnoscit idem, ex Artemidoro. Senectutis etiam templum, item Mortis, in ea describit Dionysius, & idem aras Anno, Mensi, Arti & Paupertati. Herculis columnas in hac ostendi tradit Isidorus, & nasci in ea arborem, similem palmæ, cuius gummi infectum vitrum Ceraunium gemmam reddit.

Incolæ nauigandi peritia olim claruere, atque ab hac auita marium perlustrandorum ratione minimè hac nostra ætate degenerant. Præcipuus autem eorum quæstus ex salis confectione, & thynnorum constat piscatione, eorum enim hic solemnitas captura. Hos frustulatim dissectos, & sale conditos, atque in cadis repositos, per omnem fere Europam venales distribuunt.

Hanc insulam, extremum versus Occasum noti orbis terminum, credidit antiquitas; Solem hic ex diurno labore fessum, Oceano se immergere atque requiescere, vnde *Solisque cubilia Gades*, apud Stratum. Nautæ nostrates etiamnum hodie huius insulæ promontorium versus Occidentem (quod ab incolis S. Sebastiani vocatur) *het eynde der Werelt* nominant, quasi dixeris, Mundi vltimam metam. Hanc vetustam inscriptionem in hac repertam, profert ex Cyriaco Anconitano Appianus, in suo Inscriptionum volumine: *HELIODORVS INSANVS CARTHAGINENSIS AD EXTREMVM ORBIS SARCOPHAGO TESTAMENTO ME HOC IVSSI CONDIER, VT VIDEREM SI ME QVISQVAM INSANIOR AD ME VISENDVM, VSQVE AD HAEC LOCA PENETRARET.* Plura apud Strabonem de hac insula: de eius vrbe apud Brunum in suo Urbium volumine.

G V I P V S C O A.

CANTABRICI regionis Hispaniæ portio est Guipuscoa, contigua regno Nauarræ, & Pyrenæis montibus, qui eam à Gallia discriminant. Biscaiam etiam Cantabriæ partem habet ab Occidente. Incolæ apud Ptolemæum Varduli nominantur. Quidam eam hodie Lipuscoa, & Lepuisca vocant, sed corruptè, vt scribit eius incola Stephanus Garybæus. Cognominant eam non immeritò quædam huius regionis archiua, murum siue propugnaculum regnorum Castellæ & Legionis. Regio est montuosa, vbique ferri & chalybis ferax, adeo vt nullibi terrarum ferri maior sit abundantia aut præstantia. Vnde hinc omne genus ferramentorum vtensilium in vicinas regiones, magno incolarum emolumento exportatur. Bellica quoque instrumenta vt sunt bombardæ, arcubalistæ, sclopeti, (nouæ res nouis vocabulis significandæ mihi sunt) lorice, enses, &c. hic tanta copia & bonitate parantur, vt non tantum ab omnibus expetantur, sed & omnibus vbertim suppeditentur. Gens quoque ipsa bellicosissima. Martis officinam regionem, & incolas eius operarios, verè quis dixerit. Qui maritima tenent, nauigationi operam vt plurimum dantes, ex piscium, quas *Baccalaos* vocant, captura, & balenarum; quarum adipem in ahenis decoctam, liquidamque factam, in cadis impositam, longè latèque distrahentes, quæstum faciunt. Sal quoque hic coquitur, in loco qui Salinas inde dicitur, illudque cum auena aut lini semine, nescio qua de causa, miscentes.

Vrbs metropolis in ea Tolosa est, ad Araxis & Oriæ fluiuiorum confluentiam. Aliæque sunt Placentia, vbi fabrorum ferrariorum copia. Motrico, aut potius Monte de Trico, sic dicta à scopulo Trico, huic imminente. S. Sebastiani portus, quæ huius regionis capacissima, optimèque exstructa. Commercium hic multarum & variarum gentium. Hæc primò *Hicuru* dicebatur, postea *Don Bastia*, & corruptè *Donastia*, quod idem sonat quod S. Sebastianus. *Don* namque Cantabris idem est quod *Sanctus*, vel *Santo* Castellanis. Vocatur autem hæc ipsa vrbs vulgo ab incolis *Vrumea*. At cum hæc regio lingua omnino differat à ceteris Hispanis, vsu venit vt quamplurima loca duo vel plura nomina secundum linguarum differentiam sortiantur, quorum quædam hic enumerare non inutile historiarum lectoribus duxi. Sunt itaque hæc ciuitatum synonyma.

Salinas, Gaça.

vtutrumque idem sonat, quod sal Latinis.

Mondragon, Arrasale.

Monreal, Dena.

Aspetia, Vraçueitia, & Saluatierra de Traurgui.

Olite, Arriuerri.

Renteria, Villa nueua de Ojarcum.

Penna Oradada, Puerto de S. Adriani.

Elicaur, Licaur.

Marquina, Elgoynar.

Azcoytia, Vrazgoitia & Miranda de

Traurgui.

Araxa, Arayça.

Aralar mons, dicitur quoque Arara. Et Vidoso fluiuius etiam Vidorso, Alduida, & Beoyuia. Hic fluiuius medius est inter Galliam & Hispaniam. In describenda hac regione satis prolixus est Stephanus Garybæus, quem consule, Lib. 15. cap. 9. 10. 11. 12. 13. & 14. Florianus del Campo nonnihil quoque de ea, Lib. 1. cap. 2.

C A R P E T A N I A.

IN vmbilico Hispaniæ hæc regio situm habet, quam Plinius & Liuius Carpetaniam nominant. Carpetanos populos nouit Strabo, & Carpitanos per i. Ptolemæus. Hos Carpesios vocat Polybius; & etiam alicubi Liuius. Caput horum Toletum est. cuius descriptionem vide apud Petrum de Medina, & Georgium Brunum. Totam Carpetaniam non profert hæc tabula, sed partem tantum; quæ à Tolecto versus Orientem vergit.





G A L L I A.

QUICQUID terrarum à Rheno per Oceanum, Pyrenæos montes, mare Mediterraneum, & Apenninum montem vsque ad Anconam clauditur, communi appellatione Gallia Latinis appellatur. Pyrenæus enim iugis ad Occasum includitur, & ab Hispania secluditur; Ad Septentrionem & Boream Gallico Britannicoque Oceano. Ad Orientem autem Solem, Rhenus illi paribus penè spatiis & Alpibus in Oceanum, quibus Pyrenæum iugum ex interno mari ad exterum procurrat: qua Meridiem spectat, Narbonense illi protenditur pelagus. A candore autem populi nuncupata est Gallia. Nam montes & rigor cali, ab ea parte Solis ardores excludunt, quo fit, ut candida corpora non colorentur. Hinc Græci Gallos, Galatas vocant, propter lacteum gentis colorem: γάλα enim eis est, quod nobis lac: à quo nomine Latini Gallos deslexerunt. Hanc etymologiam omnes ferè scriptores probant; sunt tamen qui hanc derident, atque eam potius à pluvia, quæ Hebræis Galah, & antiqua Britannorum lingua Glau dicitur, nomen habere putant, quasi impluviati vel inundati ab ipso diluio (cùm gens antiquissima sit) vocentur. Huius Regionem olim in Cisalpinam, & Transalpinam diuiserunt. Cisalpinam dixerunt, quam hodie ferè communi vocabulo Lombardiam vocamus, quæ Italia pars est, Transalpinam, quæ his quinque metis, Rheno nempe, Oceano, Pyrenæis montibus, Mediterraneo mari, & Alpibus finitur. Hanc Transalpinam, Casare in suis Commentariis teste, triplicem fecerunt; Belgicam, Celticam, & Aquitanicam. Belgicam, quæ Oceano, Rheno, Matrona, & Sequana fluminibus includitur, hodieque maiori ex parte lingua Teutonice utitur, & Germania inferior vocatur. Celticam, siue Lugdunensem, quæ Garumna, Matrona, Sequana, & Rhodano fluminibus continetur. Hæc nunc Francia dicitur. Celtæ enim à Francis Germania subacti, Franci Occidentales capere dicitur, à quibus ipsa prouincia denominatur. Aquitanicam, Aremoricam antè appellatam, quæ à Garumna ad Oceanum, & Pyrenæos montes extenditur. A Circio verò Septentrionali vento Occidentem versus Oceanum habet, qui Aquitanicus sinus dicitur, ab Occasu Hispaniam, à Septentrione Lugdunensem prouinciam, à Meridie Narbonensem; Corporibus hominum, & lingua à ceteris differt, hodieque Gasconia dicitur.

Hic Gallorum antiquus terminus. Sed Gallorum regio, quæ hodie regni nomine gaudet, atque vernaculo vocabulo Franciæ regnum vocant, non tam latè patet, sed tantum versus Septentrionem angustior est, quantum illi linea ab Argentorato ad Rhenum sito, Icecum portum (hodie Cales) vsque ducta adimit, comprehenditque omnem eum terrarum tractum, qui hac linea, Oceano, Pyrenæis, mari Mediterraneo, Alpibusque montibus continetur.

Peculiares huius regni prouincias enumerat Postellus in libello suo Vniuersitatis, hoc modo; Ab ortu habet prouinciam, Sauoiam, Suiciam, Bressiam, Borgoniam, Lorraniam, Campaniam, Haynauum, Cliuiam, Flandriam; ab Aquilone Picardiam, Normaniam, Britanniam; ab Occasu rursus Britanniam, Angiersam, Poictauiam, Santongiam, Vasconiam; à Meride rursus Vasconiam, Bierniam, Russilonem, Delfinatam, Velaorum, Forestanorum, Aluernorum, Lemouicorū, Perigordorum, & Angolesmensium ditionem. Post Poictauos rursus sunt Bourgesij, Bourbonenses, Beauuolij, Lugdunenses, & rursus sub Borgondis Francomitatus, Auxerrij, Niuernenses, Berrij, Turfij, & super Angiersos Vendosmij, Beausij, Gastinenses, & post Senonas Valoisij, & iuxta illos Perchij, Driusij, & ad Britannos Mansij. Atque his nominibus hodie hæ prouincia nominantur. Sed, etsi hic Postellus Sauoiam, Suiciam, Lorraniam, Haynauum, Cliuiam & Flandriam inter huius prouincias censet, non sunt tamen hodie sub huius regni imperio; quæque enim suum habet principem peculiarem huic regno minimè obedientem.

De rege Gallie duo memoranda tradit Villanouanus: Primum, quòd sit in Remensi Ecclesia vas chrismate perenni redundans; ad regis vnctionem in coronatione celitus demissum. Alterum, quòd rex ipse solo contactu strumas siue scrofulas curet.

Gallias omnes descripsit integro volumine Robertus Cœnalis; Deq. iis vide etiam Gilbertum Cognatum Nozorenium, Ioannem Marium, Postellum in libello Vniuersitatis. Aimoinum in fronte Historiæ Francorum, Sebastianum Munsterum; & ceteros Orbis descriptores. Ex veteribus ante omnes Casarem. Amm. Marcellinus lib. 15. multa de hac Gallorum regione non contemnenda habet. Scripsit & Claudius Champierius Lugdunensis vernacula lingua, opusculum de præcipuorum totius Gallie oppidorum originibus; Symphorianus huius pater eius flumina, aquarumque & fontium miracula. Lutetiam Parisiorum descripsit carmine Eustathius à Knobelsdorf; Champierius verò Lugdunum.


GALLIAE REGNI POTENTISS: NOVA DESCRIPTIO, IOANNE IOLIVETO AVCTORE



Candido
lectori S.D.

Gallia tota iam olim non ob
opes solum, & virtutem belli-
cam, quibus semper pres titit,
verum etiam ob continentia
& disciplinam, que summum a-
pud illos locum habuit celebra-
uit. Nam & artium illustri-
um, et Graec etiam linguae pe-
ritia docuit, matre ut arbi-
tror Magna Graecia vrbe in ma-
ritima ora Prouinciae sita, ad qua
quondam disciplinae gratia vel ex
ipsa vrbe Roma missi sut
qui doceretur.






P I C T A V I A .

INTER Gallia Aquitanica populos, sunt quos Pectones Ptolemaus & Plinius vocant: Pictones per i, in prima syllaba Casar & Strabo: Pictavos Ammianus Marcellinus. Horum regionem recentiores etiamnum Latini hodie Pictaviam nominant. Incola se ipsos vernacula lingua Poictuins, & regionem Poictou: atque urbem primariam Poictiers, qua fortasse Augustoritum Ptolemai erit. A Pictis nomen habere etsi sint qui affirmare non vereantur, fabulosum puto; Pictonum enim quam Pictorum nomen vetustius esse, ex classicis scriptoribus palam est. Hac Pictavia hodie in Inferiorem & Superiorem dividitur. Inferiorem appellant, qua versus Occasum in Oceanum Aquitanicum desinit: Superiorem qua Orientem respicit, ad Turones usque & Bituriges. A Meridie contingit Santones, Angolemensis, & Lemouices. Britanni & Andegauenses sunt illi à Septentrione proximi. Tellus est frugum pecorisq; fertilissima; vino frumentoq; dives, & piscium abundans. Sed avium & ferarum in primis hic ingens copia: eoq; venatio hic & aucupium frequens.

Comprehenduntur in hac Pictavia ducenta supra mille diceceses, aut potius parœcia, sub tribus episcopatibus, Pictaviensi nempe, Luçonij & Maillezais, ut vulgò sonant. loca celebriora præter hæc, sunt (incolarum nominibus ea profero) Roche sur Ton, Talmont, Meruil, Vouvant, Meruant, Bressuire, Lodun, Fontenay le conte; atque hæc in Superiore, quam diximus. Inferior habet Nyort, Partenay, Touars, Moncontoul, Hernault, Mirebeau, Chalsteller aut, &c. Primatum autem inter hæc Pictavia siue Poictiers obtinet, omnium Gallia urbium post Lutetiam amplissima, maxima ex parte Clamo flumine vino circumdata. Antiquitatem huius satis testantur Theatrum (vulgò Arenas,) Palatium Gallieni, & aqueductuum fornices qua supersunt, quos Arceaux de Parigné vulgus vocat; Romanorum in hoc loco imperij vestigia. Ante horum tamen adventum alibi hanc urbis aream fuisse ex Ammoinij & Adonis scriptis quis suspicari possit. Hi enim loci veteris Pictavi dicti meminere, in quo inter Carolomannum & Pipinum reges Francorum regnum divisum fuisse narrant. Videtur & in hac tabula locus Vicu Poictiers (quasi vetus Pictavia dicas) nuncupatus, ad eundem fluviolum Clanium, versus Chasteller aut. Talmont, aut verius Talon du Monde, Calcaneum mundi Latine diceret, opidum, Galli sic appellant, quod in remotissima huius regionis parte ad Oceanum sita sit: ideoq; pro ultimo orbis terrarum loco censeri debeat.

Sunt in Oceano huic vicino hæc insula quoque, Oleron, Vliarus Plinij, qua Charantoni fluminis ostio opponitur; sic enim appellat Ausonius illud flumen quod hodie Charente dicunt, & Canentelum Ptolemai videtur. Insula de Rez, è regione Rupellarum, qua vini ferax, quod inde nomen fert. Insula Noir vel Marmonsier, ubi salis magnus proventus. Insula Aulona, sed peninsula potius in ipsa tabula: hæc sal & vinum quoque præbet. uti etiam alia, quam Chauet vocant. Insulam Dei tabula quoque ostendit. item qua Diva Maria Bouina nomen gerit. A S. Hilario Aquitania apostolo hanc regionem ad Christianam fidem conuersam tradunt ecclesiastici scriptores. Huius descriptionem diligentiore potest lector in Cosmographico opere videre, quod Belleforestius edidit, qui eundem ad Joannis Boucheti Annales Aquitanicos relegabit. item Antonium Pinetium, in sua urbium descriptione. Sed & Thevetus consulendus est.






B I T U R I G V M R E G I O.

BITURIGVM meminerunt ferè omnes veteres Geographi. Plinius hos Liberos vocat. Idem & eos Cubos cognominatos scribit. Horum urbem primariam, quam hodie *Bourges* vocant, olim à Cæsare Auaticum appellatum putant. Theobaldus Fagotius eius ciuis scribit, agrum extra ciuitatem valde frugiferum, atq. omnium ferè rerum quas Gallia habet fertilissima, nihil desiderari. Urbem esse vetustam, idq. in ea quædam egregia monumenta testari. Omnium rerum mercatura & nundinatione frequentia commendari. Esse ibi Academiam in omni disciplinarum genere ornatissimam; adè vt litterarum decus, atq. doctissimorum virorũ Emporium dici possit. Sed de huius urbis origine, & nominis etymologia, Ioannem Calamæum audiamus, qui de ea hoc modo scribit:

Anno ab orbe condito M. DCC. XCI. Gomer Gallus deductam in Bituricensium ditionem coloniam, in vrbe primaria Biturigum constituit, incolis à Noa auo suo Ogygis nomine honoris causa imposito; quod ab incolis postea pro fauore & amore erga fundatorem suo ex Ogygis genere procreatum mutatum est; qui se Bitogyges dixerũt, quod Armenorum lingua, Ogygis posteros significat. Verũ vt consuetudine corrumpi vocabula plerumque solent, dum vt familiaria fiant, aut magis propria, iis aliquid vel adimitur, vel mutatur; ea aut potius Principis, (quod facilius crediderim) Biturigum, qui Biturix cognomen habuit, voluntate factum est, vt Bitogyges ditio, & præcipua Bituricensium vrbs, deinde Bituriges dicta sit. Inter alias autem de hac re opiniones, vna est eorum qui Biturim, quasi Biturrim, à duabus antiquis turribus, quæ olim in ea vrbe fuerunt, dictam arbitrantur; vnde Grammatici cuiusdam antiqui tale carmen extat; *Turribus à binis inde vocor Bituris*. Hæc Ioannes Calamæus in suo De origine Biturigum volumine, vnde hanc tabulam mutuati sumus.

L I M A N I A.

LONGITVDO totius regionis, quam ab alimoniis nonnulli *Alimoniam*, alij verò à pingui, vel limoso solo, *Limaniam* dictam putant, (portionemque *Auernia* continet) & quam hic integram ob temporis breuitatem, & vallium montiumque conglomerationes, sinuosiq. soli orbiculares flexitudines ostendere, locorumque interualla punctim metiri nequiuimus) à ponte veteris *Briuatæ Ganatum* vsque (frugibus, vino, melle, pecudibus, iumentis, croco, nucibus, oleribus, pascuis, nemoribus, fontibus, fluminibus, balneis, bitumine, lacubus, argentifodinis, familiis insignibus, locis munitis, mercimoniisque replete) leucarum circiter viginti, latitudo verò ferè octo. At nos feraciorẽ, cultiorẽque dumtaxat secuti partem, leucarum longitudinem paulominus octo, latitudinem panẽ septem complexi sumus, inferiorem hanc collocandis in oppidis & vicis seruantes mensuram. Sic auctor in *Dialogo pio* & *speculatio* (vt *inscriptio* habet) *Italicè à se scripto, ubi hanc tabulam videre licet.*



A N D E G A V E N S I V M D U C A T V S.

ANDEGAVENSIVM regio & populi, sunt Ptolemæo in Gallia Lugdunensi. Regionem hodie Anjou, & incolas Angeuins vocant. Olim hic tractus Comitatus nomine, sed anno 1350. Ducatus elogio decoratus fuit. Habet ab Oriente confinia Turonensium, & Vendosmæ regionis, vt vulgò appellant: versus Occidentem attingit Britannicam regionem: Pictones, vernaculè Poictou, eum à Meridie aspiciunt: à Septentrione verò Comitatus Maine & Laual dicti, illum tamquam limites premunt.

Regio est amplitudine non vsq. adeò insignis, fertilitate tamē nulli in Gallia regioni cedit: Vino enim, quod inde Andegauicum (vulgò *Vin de Anjou* dicitur) palmam inter omnia ferè huius regni vina meretur. Sed nec aliarum rerum quæ ad necessitatem aut voluptatem vitæ humanæ expetuntur, sterilis est: vt quæ fluminibus, montibus, nemoribus, pratibusque passim exornatur. Pecude, armentis, & piscibus fecunda est. hoc flumina & prata præstant. Ex montibus marmora, nec non illud genus lapidis cæruleum & fissile effoditur, quibus templorum ædiumque tecta contra cæli iniurias muniuntur. vulgus Ardoises nominat.

Tam multis fluminibus, torrentibus, fontibus, piscinis, paludibus, & stagnis, hæc regio irrigatur, vt ab hac aquarum copia, sunt qui nomen olim *Æguadam* vel *Aguadam* habuisse opinentur; Aquitanica enim lingua aquam *Aigues* nuncupant. Nobiliora flumina inter cetera sunt: *Ligeris*, quem *Loire* accolæ indigetant, & proprio elogio patrem fluviorum Galliæ cognominant. In eum hoc tractu influunt *Vienne*, *Diue*, *Thouets*, *Layon*, *Leure*, *Guiatte*, *Mayne*, *Seure*, *Loir*, (alius fluvius à *Ligeri*, hic enim in illum se exonerat, & iunioribus Latinis *Ledus* dicitur.) *Autyon*, *Oudon*, *Maeyne*, *Brionneau*, *Losse*, & *Erdret*, &c. adeò vt quadraginta plus minus amnes in hoc tractu confluant.

Vrbes habet præclaras, inter quas excellit ea quæ *Angiers* nomen habet; quæ fortè *Ptolemæi Iuliomagus* est. Hæc huius regionis primatum obtinet; in vtraque *Meduanæ* fluuij ripa extructa, ponte lapideo coniungitur. Antiquitatem eius arguunt vetustæ quædam *Theatri* ruinæ, quæ vrbi imminent: vulgus eas *Brohan* vocat. Hic interdum numismata antiquæ notæ reperiuntur. *Ludouicus II.* in ea *Academiam* constituit anno 1389. Sunt præterea *Saumurium*, *Bellefortium*, *Bauga*, &c. Hæc ferè ex *Belleforestij Munstero Gallico*, in huius *Tabulæ* enarrationem huc transtulimus.

Theuetum his qui velit potest adiungere.



SEPTENTRIO.

La Maine.

Anjou.

ANDEGAVENSIVM DITIONIS VERA ET INTEGRALIS DESCRIPTIO.

Licentia Guyeto Andegavense
auctore.

OCCIDENS.

ORIENS.

BRITANNIA
PARS

Poitou.

MERIDIES.

1579.




C A L E T E S E T B O N O N I E N S E S.

DE hoc tractu Bononiensi sic dicit Robertus Cœnalis, de re Gallica libri II. Perioche III. De Gessoriaci Morinorum portu rectè cum Meiero dixerim, verè dici Boloniam maritimam, à qua ad Douerium portum Angliæ, breuissimus est traiectus. Gessoriacum autem nauale (quod falso Gandauum Bilibaldus affirmat) potius crediderim esse Castellum, nunc Cassel. Sunt qui alio nomine Petressam vocant, & Scalas, vulgò Scales. Porrò ex Boloniæ situ facile est coniectare, an Iccius portus dici debeat. Quia in re ne quis hæsitet, illud ex Strabone sciendum, Interiectum maris ab Iccio in Angliam, trecenta viginti, nec amplius, stadia complecti; quæ ex æquo constituunt milliaria quadraginta. Porrò Tabulæ recentiores designant à Bolonia ad Douerium milliaria Anglicana sexdecim, nempe Italicis longiora, à Calesio verò octodecim. Quo liquidò constat, à Bolonia in Angliam traiectum esse breuissimum. Differunt itaque portus Gessoriacus, & Gessoriacum nauale: quod nouissimum si quis Casletum dixerit, nolim cum eo contendere. Hæc ille.

Hanc ipsam Boloniam his verbis depingit Arnoldus Ferronius, qui Pauli Æmilij historiam Gallicam ad sua vsque tempora deduxit. Est autem Bolonia & inferior, quam vocant, & superior. Bolonia inferior, vicus non septus mœnibus ante Anglorum aduentum; Ibi fanum Diuo Nicolao sacratum, & aliud Franciscanorum sodalium. Mare Anglicum, vicum alluit: prope fanum Sodalium, quod non longè abest à mari, facillimus traiectus in Angliam. Abest à Bolonia superiore centum ferè passus, & eo quid fortè amplius. At Bolonia superior, cincta mœnibus validissimis. Ibi fossæ præaltæ, muros ambientes. Totus ille locus fabulosus, ex eo genere, quod fabulum feruens maritimi homines vocant. Vnde Boloniæ nomen à feruenti fabulo, Gallico nomine inditum putant, tametsi vetus esse nomen ex Amm. Marcellino videamus. Hactenus Ferronius. De his consule etiam Diuæum.

V E R O M A N D V I.

HUNC tractum quem olim Veromandui inhabitauerunt, hodie adhuc retento antiquo nomine *Vermandois* vocant. Hinc duo flumina Soma & Scaldis originem sumunt. Hic olim teste Roberto Cœnali fuit Augusta Veromanduorum, nunc diruta, restante pro reliquiis cœnobio; sedes olim Episcopalis, sed sub Medardo eius Pontifice Nouiodunum translata, vt Car. Bouillus auctor est. Locus tamen etiamnum hodie antiquum nomen tuetur, atque *Vermand abbaye* appellatur. Ex quo errare videntur ij qui S. Quintini Fanum (vt hodie vocant) Veromanduorum Augustam esse opinantur. Vide de iis populis sententiam Petri Diuæi, in libello Antiquitatum Gallix Belgicæ.






P I C A R D I A .

PICARDIÆ vocabulum vti vetustum non esse, omnes rei Gallicæ scriptores affirmant, ita eius originem aut rationem, nemo est qui se scire fateatur. A Begardis initium habere haud audet asserere Cœnalis. negat omnino Belleforestius, vt qui Picardorum memoriam, Begardorum nonnihil antiquiorem putat. Sunt qui apud hos bellici illius teli genus, quod vulgò Picas vocant, vsum inuentum; indeque nomen sortitos, iuspiciantur. Hoc in confesso est, Picardiæ nomen quondam latius patuisse; Artesiam enim, Flan-driæ partem ad Lisam amnem vsque, Boloniensem Comitatum; sub Picardiæ vocabulo comprehensas legimus. Ea regio quæ hodie Picardiæ proprio titulo gaudet, eousque se minimè extendit, vti in hac tabula conspicitur.

Hæc regio pars Galliæ Belgicæ est; olim ab Ambianis, Belluacis, & Veromanduis, (siue, vt Ptolemæus legit, Romanduis) habitata. Somona fluuius, quem Phrudim Ptolemæi putant, totū hunc tractum irrigat, omniumque frugum agrum fertilem, vrbesque rerum copia diuites, facit. Adeò enim frumenti fœcundus est, vt vulgus id trito prouerbio Parisiorum horreum vocitet. Vinum non fert; sed id potius incolarum ignauix, fœcordiæque, quàm soli intemperiei, aut cæli iniuriæ imputandum, sunt qui censeant.

Vrbes in eo, inter ceteras præclaræ, sunt Ambianum, vulgò *Amiens*, antiquitate, & episcopali sede nobilis. Hæc Somona fluuius circumquaq. ambitur. hinc nonnulli sunt, qui eam Ambianum ab ambitu aquarum dictam nungantur. munitissima est, si quæ alia, in vniuersa Gallia. Vulgus eam ab Alexandri Magni militibus constructam putat. Sub huius diocœsi Abbeuilla deinde est, cuius nomen recens esse, ipsa Etymologia docet: Abbeuille enim nihil aliud quàm Abbatis villa Latinè sonat. ex abbatis enim primū in vr-bis magnitudinem & formam excreuit. Hæc hodie Comitatus Pontieu-nomine, primaria ciuitas est. Habet hic Comitatus nomen à multitudine pontium; regio enim paludinea admodum, & stagnis inuisa, multis in locis est. Pecquini eodem tractu visitur: à quodam Pignone Alexandri Magni milite primario conditum, si fides vulgo sit. Est S. Quintini Fanum in Veromanduis, Augusta Veromanduorum à multis credita; Comitum Veromanduorum aliquando domicilium, atque eius regionis caput. Perona, bellicis cladibus sæpius fatigata, omnibus innotuit. Guisa etiam, propugnaculum, versus Lutzemburgum videtur. vnde Guisianorum familia nomen ducit. Sunt aliæ minus celebres ciuitates, vt Corbeium, Roium, Nella, Hana, Castiletum, Mondiderium, &c.

In libello Gallico, qui viarum Galliæ titulum præfert (*Chemins de France*) Picardia in tres partes diuiditur, in Inferiorem, Superiorem, & Veram, siue Propriam. & in ea, Vermandois, Retelois, Tartenois, & Tirascha (malo his incolarum vernaculis vocabulis vti, quàm noua Latina facere) regiuncula. Hæc propria, hac nostra tabula continetur.



SEPTENTRIO

PICARDIAE



HANNONIAE

Cambresis.

Britannici
maris
pars

Baillage de Hesdin.

NOR. VIMEVX
COM.

mandia
pars.
OCCIDENS.

VERMANDOIS

ORIENS.

PI
CARDIAE,
Belgicæ regio
nis descriptio

Jeanne Surhonio
aut. Fone.

BEAV
VOIS.

SAN
TERRE

TERRACHE.

TARTENOIS.

RON LOIS.

Champagnæ
pars.

MERIDIES.

Com. Imp. et Reg.
privilegio datum.
1579.

GALLIAE NARBONENSIS ORA MARITIMA.

HVIVS Tractus loca celebriora describit Guilielmus Paradinus his verbis: Arelatem Sextanorum Coloniae fuisse tradunt scriptores. Ea ciuitas ad Rhodanum undique septa est paludibus, in quibus hodie praeferores aluntur boues. Olim nobile Emporium fuisse, Strabo auctor est his verbis: Narbo (inquit) amplissimum eius regionis Emporium, supra exitum Ataxis fluminis, Narbonensemque lacum, iacet: Rhodano autem adiacet oppidum, Emporiumque non paruum, Arelate. Arelate vicina sunt aquae calidae, apud quas Sextius, ut idem Strabo ait, oppidum sui nominis edificauit, vocauitque hoc Aquas Sextias. Condendi oppidi consilium fuit, ut illic Romanum collocaret praesidium. Illic caesos fuisse Cimbrorum a Mario, scribit D. Hieronymus. Arausio (hodie Orange) Cabilonensium imperio olim insignis, in qua Theatri ingentis ruinas, & stupendi operis murum quadrato affabre lapide vidimus, & cui, haud scio, an Gallia vniuersa similem habeat. Est & ad portam qua Lugdunum spectat, Arcus triumphalis cum insculpta equestri pugna, quam diu magna voluptate spectauimus. Huc & Nemausum pertinet, Amphitheatro antiqui operis visendum, (Arenas vocant.) Mirum illic ostendi subterraneum meatum, qui per transversum Rhodanum sub ipso alueo ductus, in procul distitam perueniat ciuitatem. Est & Basilica Plotina, quam Hadrianus Imp. edificauit, auctore Spartiano, &c. Haec ex Paradino. Sed accuratissime descripsit hanc urbem, iconibusque eius antiquitates ob oculos ponens, Ioannes Poldo Albenas, idemque locorum vicinorum situm, & antiquas appellationes diligentissime perquirat. De hoc vide quoque apud Strabonem lib. 4. Vide etiam Guntherum Ligurinum poetam. Huius tabula archetypum sua manu descriptum nobis communicauit D. Carolus Clusius amicus noster.

S A B A V D I A.

SABAVDIA, regio est Cisalpina, cuius Princeps, qui Dux Sabaudiae vocatur, etiam Pedemontanam (quam vocant) regionem possidet. Metropolis in ea est Chamberinum (Ciuaro olim dicta, si Caenali credendum est) in qua Senatorius ordo, Parlamentum vocant, sedem habet. Hanc regionem a Sebastianis populis, aut, ut alij, a Sabatis vadis, nomen accepisse putant. Bouillus vero aliam huius nominis originem adfert, hanc nempe: Fuisse, inquit, hanc regionem olim praeter locorum angustiam, (utpote inter Alpes sita) & habitatorum paucitate, totam a latronibus obsessam, qui praetereuntes aut iugulabant, aut spoliabant. Tum nobilis quidam eam regionem ab Imperatore in titulum Ducatus obtinuit, qui cunctos ex ea praetereuntibus infestos vi armorum summouit, & viam peregrinis securissimam praebuit. Hinc Saluam viam (quae prius Mala via, vulgo Maulvoie vocabatur) eam in posterum, vulgo Saulvoie, vocari iussit: inde Latini Sabaudiam fecere. Haec Carolus Bouillus. Fabula sitne, an historia, fides eius sit apud auctorem. S A P A V D I A E certe vocabulum, scio non semel in libro Notitiarum nominari, inter Narbonensis Galliae prouincias.

Sed libet hic quoque adiungere eius descriptionem ex Paradini historia quam de ea edidit. is ita: Regio quae hodie Latinis Sabaudia (vulgo Sauoie) vocatur, veteres Allobrogum ditionem vocauerunt, continetque totum eum tractum quem olim Sabatij, Ingauni, Intimelij, Hiconij, Tricorij, Vocontij, Lepontij, Latobrigi, Medualli, Centrones, Catoriges, Veragri, Nantuati, Salassi, Tharantasi, & Seduni occupauerunt. Hodieque mutatis nominibus haec regiones, ut populares indigenae eas nominant, in ea comprehenduntur, Savoia, Comitatus Geneuensis, Marchizatus Susae, Comitatus Moriennae, Dominia de Tharentaise, Brengois, Foucigni, Chablais, Val de Oste, Pais de Vaul, de Geis, aliaque nonnullae. Habet Sabaudia Ducatus sub se Pedemontanam regionem, Principatus titulo decoratam, item regionem Bressinensem, in qua sunt Comitatus Varaz, Montreuil, Pont de Vaulx, Bagey, &c. Antiquorum monumentis constat totum hunc tractum olim Regni titulum habuisse: idque temporibus Hannibalis, qui a Bronco & eius fratre de huius tractus regimine disceptantibus arbiter factus, discordiam sedauit, maiori que natu, qui a iuniorum regno pulsus erat, imperium restituerat: ut refert Liuius lib. 21. Betultum (aut, ut alij legunt, Bituitum) eorum regem a Fabio Maximo captum, scribit L. Florus. Cottium etiam regem (a quo Cottiae huius tractus Alpes) meminere plurimi auctores, tempore Augusti Imperatoris.

V E N V X I N V S C O M I T A T V S.

VENVXINVS hic Comitatus (quem vulgo Venayscin appellant) in Gallia est: pars eius regionis quae nunc Prouincia appellatur, quondam Narbonensis Secunda. Primaria huius urbs Auenio Cauarum, ad Rhodanum sita. Pontificij iuris est, fuitque Pontificum aliquando sedes. In hoc Comitatu sunt tres episcopatus, Carpentoraetensis, Caballicensis, & Vasionensis, totidemque loca ubi ius dicitur: quae sunt dicta Carpentoraete, Lissa, & Vaurias. Arausiacus Principatus in hac tabula etiam comprehenditur, sic dictus ab Arausione (Orange) metropoli, Ptolemaei & Sidonij scriptis clara. Plinius & Pomponius eam Secundanorum cognominant. COL. ARAVSIO. SECUN- DANOR. COH. XXXIII. VOLVNT. legitur in antiquo lapide. Apud Belleforestium, & Theuetum de his plura.



DELPHINATVS
PARS

SEPTEMTRIO

OCCIDENS

LANGVEDOC

PARS
A
E
ORIENS
VINCI
PRO

VENVXINI COMITATVS
NOVA DESCR.

Auctore Stephano Ghebellino

Cum Privilegio ad
decennium

B V R G V N D I Æ

COMITATVS.

BV R G V N D I A duplex est, altera Inferior, quæ & Regia, vocatur: hæc Ducatus nomine gaudet, olim Æduorū regio: altera Superior, quæ & Imperatoria, appellatur: & Comitatus nomine censetur. hanc quondam tenuerūt Sequani: Eam hæc tabula continet. Cōfinia huius sunt à Septentrione Lotharingia, Germania quæ Superior, ab Occidente Inferior Burgundia; Heluetij claudūr illi latus Orientalis, & à Meridie Allobroges & Secusianos aspiciunt. Diuiditur hodie in tres dioceses, siue præfecturas, Superiorem, Inferiorem, & Dolanā: quarum ciuitates sunt in Superiore, **G R A I V M**: Hæc inter præcipuas huius Burgundiæ cōputatur. in ipsa Araris ripa sita est, variarum opum diues, & magnificarum ædium spectabilis. habet ex altera parte patentes & omnium rerum copia fœcundissimos campos: **V E S V L I V M**, sunt huic fortissima mœnia, & ædes luculenter extructæ: vitiferum habet solum. **M O M B O S I V M**, **I V S S V M**, **P A L M A M** Dubidi fluuio imminentem, **P O R T V Z O N A M** secundum Araris littus positā, **C R O M A R V M**, **M O N T E M I V S T I N I** & **F A C O G N E I V M**. Inferioris sunt **S A L I N A E**, amplissima ciuitas, à falsis & altis fontibus nominata & celebris: fit enim hic sal cādore præstans, quod hinc in finitimas regiones curribus exportatur, vnde regioni maximū vectigal. ciuitas in magna & angusta valle, Scodinga dicta, in longū extensa, inter mōtes horrēdæ altitudinis vinū apricis in locis fundentes locum habet. munitissima est, & cellissimis turribus, duabusquæ; arcibus firmata: **A R B O S I V M**, peramœno hoc loco situm, atque omnium rerū copia, in primis optimi & ad vetustatem durantis vini, florēs ac celeberrimū est: magnis circumquaq; suburbiis impeditur: fossis cingitur, sed hortēsibus. circum se sunt mōtes, aspectu fontium ac vinetorum arborūquæ. copia suauissimi. hinc Arbosium dictū, quod arboribus consitum sit: **P O L I C H N I V M** non inconcinnum opidum, moenibus & turribus pulcerrimis munitum: intus adiacente arce, Grimonia vocata: hinc siluosis, illinc vitiferis montibus septum. quorum montium vinum est laudatissimum: **P O N T A R L V M** in ima duorum montium planitie, secundum Dubidis fluuij littus positum. iuxta est arx Iura munitissima in iugo editissimo mōtis collocata, ad eō vt inexpugnabilis videatur: **N A Z A R E T H V M**, aërio colli impositum, vmbilicum huius regionis agnosceres: ædes in ea ferè omnes lapideæ sunt: princeps regionis hic arcem habet quam Plumbeam nominant, ex eo quod plumbo intecta sit. nundinæ hinc habentur quater in anno. Prioribus sæculis antequam hoc opidum moenibus cingeretur, Nucillum appellabatur, à corylorum nucum prouētū; omnino enim inter coryleta iacebat: **C A S T R V M C A R O L I** à Carolo Imp. cui ob res gestas Magno cognomen fuit, edificatum atq. nominatum, situ nobile & validum est: **M O N S M O R O T I** in mōte non arduo, vitibus consito: **O R G E L I V M** mercimoniis florens; incolæ sunt industrij & negotiosi, lanificio operā dantes. ager minimè ferax. assiduis enim collibus & rupibus asper; quod prouerbio locum dedit, quo dicitur, habere campos sine gramine, fluuios sine piscibus, mōtes sine siluis ac nemoribus. Dolanæ sunt **D O L A**, regionis huius totius celeberrima, omnium studiorum, in primis iuris nutricula. ad Dubim fluuium pulcerrimo loco se offert; pōtibus, moenibus, & stupendis propugnaculis sumptuosa. ædes, templa, gymnasia, vt operū magnitudine, ita architecturæ artificio non mediocriter aspicientium oculos oblectant: **Q V I N G I V M** vetustissimum opidum in Lupæ ripa situm: **O R N A T V M** inter excelsissimos montes Lupa piscofo fluuio interluitur: **L O Y A**, pagus amplissimus; **R O C H A F O R T I S** opidulū; **V E R C E L L A E** moenibus ruina deformibus. Est item in hoc Comitatu **V E S O N T I O**, vrbs Imperialis, & vtriusque Burgundiæ metropolis: cuius, quia pro eius dignitate descriptionem hæc pagina non capiat, & Gilbertus Cognatus, Paradinus, item Georgius Bruno in suis ciuitatum voluminibus hoc satis accuratè præstitere: de ea hic aliquid dicere superfedimus. eorum enim ipsorum labores omnibus studiosis facilè ad manus cum esse possunt, ad ipsos eos remittimus. his dictis, si velint Rob. Coenalem adiungant. Vtinam studiosos sua spe non fefelleret Cognatus: promisit enim librum illustratæ & reparatæ veteris Burgundiæ, vnā cum eius chorographia, additis vetustis & recentioribus locorum vocabulis. frustra autem hætenus eum expectamus.

HELVETIAE PARS.

SABAVDIAE

PARS.



LOTHARIN
GIAE
PARS.

SEPTENTRIO

Scala miliarium Burgundicorum.

1 2 3 4 5 6 7



BURGUNDIAE
DIAE BVCA
IVS CONF
NLD.

BVRGVDIAE COMITATVS
RECENTISS. DE SCRIPTIO
Dño Ferdinando Lannoyo auctore.

B V R G V N D I Æ D V C A T V S.

IN ea Gallia Lugdunensis parte quam olim Aedui tenuere, hodie Ducatus Burgundia est, cuius limites Campania & Vellaunodunenses à Septentrione, ab Occidente Niuernenses & Borbonenses: A Meridie respicit Lugdunenses. Rhodanus fluuius eam versus Orientem à Sabaudia & Burgundia Comitatu separat. Vrbs huius regionis primaria quondam erat Augustodunum, nunc autem Diuio vel Diuionum, vt Gregorius Turonensis libro 3. eam vocat, incolis Dijon, in qua supremum huius Ducatus Tribunal, siue, vt recentiores loquuntur, Parlamentum. Sita est ad Ostarum fluuium (Ousche vernaculè) pisculentum in agro fertili & admodum fecundo, vini quoque nobilissimi in adiacentibus montibus feraci: vt habet dictus Turonensis, qui eam elegantissimè describit. Ab Aureliano Imp. conditam hanc, sunt qui credunt, etsi alij sint qui eam multo antiquiorem asserant. Vrbs hodie munitissima, & situ naturali, & artifice manu contra omnem hostilem impetum, aliquot propugnaculis nuper exstructis, obfirmata. Belna (Beaulne) vrbs secundum locum obtinet, cuius vina Belnensia ab huius territorio sic nominata, nemo non laudat. Hæc vrbs ædificijs pulcherrima, & arce à Ludouico XII. exstructa, inexpugnabilis reddita. Est in ea Xenodochium, siue hospitale, vt vulgus vocat, quod structura adeò excellit, vt regia quamlibet magnificæ componi possit. Cancellaria hic quoque siue Iuris præfectura sedem habet. In huius agro Cistertiense Cænobiū exstructum fuit circa annum 1098. à Duce Othone; loco nemoroso atque vliginoso, quod à cisternis nomen sortitum credunt. Habetque hoc monasterium sub se mille octingenta alia monachorum, totidemque virginum monacharum claustra: teste Belleforestio.

Sequitur Augustodunum, (quod prius Bibracte nuncupatum fuisse, sunt qui opinentur, nulla tamen veterum scriptorum auctoritate satis nixi) Austun hodie dicitur. Urbem hanc quondam amplissimam & populosissimam fuisse, ex auctoribus, imprimis Cæsare; omnibus constat. Visuntur etiamnum hic magnæ theatri, præterquàm statuarum, columnarū, aquæductuum, pyramidum, ruinæ, aliæque innumera vetustatis monumenta. Effodiunturque insuper quotidie numismata, vasculaque, & alia id genus antiquæ supellæctilis fragmenta. Duo excidia pertulit hæc vrbs memorabilia: prius bello Gallico, duce Cæsare; posterius circa Gallieni Imp. tempora. Restauratam autem postea à Constantino Claudij F. Eumenij Panegyricus indicat, qui eam Flauiam Heduarum appellat. Hodie adhuc superbis vndique templis, ædibusque publicis coruscant.

Deinde est Mafcon Cæsaris, aut Mafconense castrum Antonini, vbi Legionem x. locat idem. Mafcon hodie appellatur. Hæc quondam Comitatus titulo celebris fuit. Ponte hæc vtramque Araris ripam iungit. Hic primū cœpit Dominica dies Christianorum ferijs celebrari: vt docet ex Guntrami edicto, Paradinus. Historiam huius vrbs Mafconæ (vt ipse legit) peculiari & eleganti libellulo descripsit Philip. Bugnonius. Cabillonum (Chalon) etiam ad ripam eiusdem Araris, antiquitus Orbandale nominatam, tradit Petrus Saniulianus. Ab Antonino hic Legio XIII. statuitur. Guntrami aliquando regia fuit, quam tamen Lotharius Ludouici Pij Aug. F. postea euertit, incendioque conflagrauit tanto, vt illic fuisse ciuitatem nemo agnosceret. Hodie nihilominus eximie felix, & conuehendis mercimonijs idonea. Est & Semurium in Mandubijs opidū non inelegans, loco edito. Sunt & alia, vt Chastillon, Flaigni, Soloigne, Noiers, & cetera, quorum omnium descriptionem quia hæc pagina non caperet, ad Belleforestium horum locorū diligentem topographum, studiosos relegamus. Vnum tantum his addam, ex dicto Saniuliano. Is, contra omnes fere omnium hæctenus opiniones, Burgundici vocabuli etymon non à Burgis passim structis deduci sinit, sed à loco quodam singulari Burg Ogne dicto. In agro Langrensi circa Tiliam fluuium inter Luzam & Thilcastellum, refert planitiem quandam ostendi, quam incolæ non alio nomine quàm Vallem Ogne indigentant, Val d'Ogne, in eaque valle olim burgum vel urbem admodum celebrem extitisse. Hinc nomen & originem habere Burgundiones, vel vt vernaculè sonant, Bourgognons, citra omnem hæsitacionem affirmare minimè veretur: atque falli eos qui hos ex Sarmatia, Scandiæ, aut à Mæotidis paludibus, in hanc regionem, tamquam populos vagabundos deducere audent, sed aborigenes indigenasue potius huius tractus vel loci esse, omnibus persuasum cupit.

Burgundia limites olim latiùs paruisse ex scriptoribus liquet. sunt enim qui eius terminos à Meridie mare Gallicum statuunt, ab Oriente Alpes, Rhenūque: à Septentrioneque Vogesum montem: ab Occidente Ligerim & Sequanam fluuios. A Regibus tunc gubernatam, cuius sedes Arelatum erat, classici testantur scriptores. Bipartitam factam Burgundiam, & in Ducatum atque Comitatum erectam circa annum trigessimū quartum supra millesimum, Aemiliani annales perhibent. De Burgundis scripsere ex professo, Paradinus, & Nicolaus Vignierius latinè, & Petrus Saniulianus gallicè.



THE R. M. A. N. I.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several paragraphs across the page.



G E R M A N I A:

GERMANIA Europæ terrarum maxima latissimaque est regio, multis distincta nominibus, cuius termini ab Auctoribus, ut quisque sui temporis rationem secutus est, adeò variè describuntur, ut triplicem quasi Germaniam, secundum eius etatem facere videantur; Veterem nempe, Mediam, & Recentem. Veterem vocabimus Berosianam, quam Rheno, Oceano, Tanai, Põto Euxino, Danubio, eiusq. accolis circumscribit. Media erit, quam Tacitus, Ptolemæus, & Plinius, coætanei ferè, cognouerunt, quæ cum ex ipsis auctoribus satis nota sit, non opus videtur hîc denuò eam describere. Recentiorẽ verò Germaniam, sua lingua, hoc est Germanica, (quam primam in orbe terrarum fuisse doctissimus Ioannes Goropius Becanus in suo de Originibus volumine ingeniosè admodum & eruditè ostendit) terminabimus. Itaque omnem eum tractum qui hodie hac lingua utitur, Germaniæ nomine comprehendemus. Eritque hoc modo eius maxima longitudo ab Iccio portu, quem hodie Cales vocant, & qua maximè in Occasum vergit, vsq. ad Vistulam fluium versus Orientem. Latitudinem habebit à mari Germanico, Venedicoque ad Alpes vsque. Singularum eius regionum hæc sunt nomina; Flandria, (quæ extrema est ad Occidentem) Brabantia, Zelandia, Hollãdia, Frisia, Dania, Megapolis, Pomerania, Prussia (quæ ultra Vistulam fluium ad Venedicum mare se extendit.) Deinde Marca antiqua & noua, Saxonia, VVestphalia, Geldria, Cliuia, Iuliacum, Coloniensis Episcopatus, Hassia, Turingia, Misnia, Lusatia, Silesia, Morauia, Bohemia, Frãconia, Diocesis Moguntinensis, Lutzenburgum, Treuirensis ditio, Palatinatus, Alsatia, VVirttembergum, Sueuia, Bauaria, Austria, Stiria, Carinthia, Tirolis, Heluetia, hoc in tractu versus Galliam vltima. Sunt etiam plura regiuncularum nomina, sed quæ non ita magni sunt momenti, aut sub dictis intelliguntur. Etsi Bohemia Germanica lingua minimè utatur, sed Slauonica: quia tamen in media Germania sita sit, & eius Rex inter huius Sacri Imperij Electores locum habeat, pro Germanica regione habetur.

Hæc Germania, quæ hodie Romani Imperij titulo reuerenda est, pulcherrimis, munitissimisque vrbibus, castris, pagis, incolisque adeò referta est, ut nec Italia, nec Gallia, neque Hispania cedere debeat. Habet frumenta, vineta, amnes piscosos, quibus facile cum fertilissimis regionibus certare possit. Sunt fontes aquæ dulcis, sunt thermæ calidæ; sunt mineræ salis plurimæ. Metallorum autem, nempe auri, argenti, stanni, plumbi, æris, & ferri copia, nullis vñquam cessura est regnis. Quinetiam vrbinitas, & morum ciuilitas, vestitus honestus, rei militaris peritia, apparatusque bellorum, & nobilitas nullibi maior. Hæc illa est quæ olim, ut Cornelius Tacitus testatur, in vniuersum aut siluis horrida, aut paludibus foeta fuit.

Hanc ex Neotericis magna diligentia descripserunt, Beatus Rhenanus, Munsterus in sua Cosmographia, Franciscus Irenicus, Ioannes Auentinus in Boiorum annalibus. Obiter Bilibaldus Pirckeymerus, Ioãnes Bohemus Aubanus, Gerardus Nouiomagus, Chonradus Peutingerus, Chonradus Celtes poëta, Iacobus VVimphelingius Seletstadiensis, Aimoinus in fronte libri historiarum Francorum, & Henricus Pantaleon, in principio libri primi Prosopographiæ. Sebastianus Brand multa per eam Itineraria, locorumque distantias, & fluminum decursus annotauit. Carmine descripsit Rhenum fluium Bernhardus Mollerus, eundem Magnus Cruberus soluta oratione. Ioannes Herold de ea duos libellulos edidit, vnum de Germaniæ veteris, alterum de Rhætia littoralis antiquissimis nonnullis Romanorum stationibus, Gasparus Bruschius de Monasteriis Germaniæ, volumen in lucem dedit. Ex veteribus hanc diligentissimè descripsit Cornelius Tacitus peculiari opusculo; quod doctissimis commentariis illustrarunt Andreas Althamerus, & Iodocus VVillichius. Plures Germaniæ scriptores, quos nos non vidimus, enumerat Franciscus Irenicus
lib. j. cap. 2. Exegeleos Germaniæ.

GERMANIA.



Miliaria
Germanica,
magna, medi-
ocria & parua hec scala continet.

5	10	15	20	25	30	35	40
5	10	15	20	25	30	35	40
5	10	15	20	25	30	35	40

Cum privilegio.



LVTZENBURGVM DVCAVS.

REGIO hæc Lutzenburgensis, nomen, quod cum plurib. cōmune habet, à primaria sua ciuitate Lutzenburgo sortitur. vnde autem illa sic dicta fuerit, obscurum est. Sub Comitatus titulo primū, postea in Ducatus dignitatē, qua hodie adhuc vtitur, euecta fuit. hoc aliqui V Venceslao Romanorū regi, alij Carolo quarto tribuūt; Conradus autem Verzerius Henrico septimo ascribit, primo ex ea familia Romanorū Imperatori.

Fuit olim Lutzenburgium Treuironum portio. Situs eius ab Arduennæ siluæ termino quatenus hodie appellationē obtinet ad Mosellā fluuiū (annē ab Aufonio nō paucis versibus celebratum) finitimarū ditionum his limitib. cingitur; Gallico, Lotharingico, Metēsi, Treuirico, Iuliaceno & Leodio. Opida non amplius nouē, teste dicto Verzerio; maior quondam numerus, sed eum & pia Henrici (vt ferunt) liberalitas, tribus municipiis Sareburgo, Vitelliaco, & Treuironum maximo templo donatis, & Gallica bella coarctarunt. Regio est vt plurimum montosa, & nemoribus passim obfessa; in ceteris satis culta. indiēsque siluæ multis in partibus excindi, solūque in fœcundissimos agros conuerti vidimus. Gens potiore ex parte Germanica, regione tamen Gallicam spectate eius quoque nationis moribus linguaque vtens. Habet in circuitu hic Ducatus, vt tradit Guicciardinus, septuaginta milliaria nostratia. sunt in ea Comitatus septem, plures Baroniae, vt vocāt, & Nobilium magnus numerus. vrbes muris lapideis munitæ viginti tres, præter eas quæ bellorum furis incendiisque ab iis denudatæ conspiciuntur. centum sexaginta octo supra mille pagos. arces quoque aliquot non parui nominis.

Vrbs primaria Lutzenburgum, aut si mauis Lucēburgum, vtroque enim modo, sed sine delectu aliquo, scriptum reperio. orthographia enim, vti & etymologia, incerta est. Sunt qui eam ab Elza flumine hanc urbē percurrente (Alizontia fortē Antonini) quasi Elsenburg, & corruptē Lelzenburg dici putāt. alij eam ad Melusinae præstigiatrix historiam anilem referunt. sed huiusmodi nec probare nec refellere animus est. Hic Consilij supremi sedes & tribunal. Vrbs est satis munita, sed inequali situ. partim enim in monte, partim in infima & præcipiti valle extructa, disparili admodum forma se spectandam præbet. Sequitur Arlunum, iugo collis impositum, opidum satis elegans. Lunam deam hic olim gentilicio more cultam, & inde nomen habere, quasi Ara Lunæ, putant. Deinde est Rodemachera. Thionis-villa, in ripa Mosellæ; præsidium hoc totius regionis & cōtra hostilem quemuis impetum opidum tutissimum. Grauemacherum & Coningsmacherum opidula ad eūdem fluuium sunt. Dierichum ad amnem Suram est. Virtonium & Echternachum, item Vianda. Bastonacum quoque opidum, emporium totius regionis ferè, Arduennæ siluæ imminet. Sunt & Malmedium, Nouum-Castrū, Danuillerium, Maruilla, Roccha & Durbis vrbeculæ minimè negligendæ. Item S. Viti vrbs, Marza, Iuosium, Chinium, & Ferta: quorum omnium amplior descriptio est apud Ludouicum Guicciardinum. Adromari mōtis meminit Regino, lib. 2. circa Theodonis villam; vbi Carolum Magnum venationibus exercitatum scribit.




Com Privilegio Imp. et Reg. Maximilian.

NAMVRCI PARS.

Miliana magna, quorum XX. et minima, quorum XX. gradum efficiunt.

LVTZENBURGENSIS DVCATVS VERISS. DESCRIPT.
Iacobo Surhomio Montano auctore.



G E L D R I A.

GELDRIA antiquorum Sicambrorum (vti ferè omnes scriptores consentiunt) sedes habet à Septentrione Frisiam, & sinum Germanici maris vulgò *Zuyderzee*: ab Oriente Cluiæ Ducatum: à Meridie Iuliacum attingit: Brabantia & Hollandia eam ab Occidente respiciunt. Regio est campestris, montibus omnino carens; sed passim siluis ac nemoribus ornata. Omnium rerum est fertilis, præcipuè frumenti fœcunda, & supra modum pascendis pecoribus ob pratorum vbiq̃ue viridantium luxuriam apta, adeò vt ex vltima Dania emacerata armenta huc saginanda mittantur. Tribus celeberrimis fluuiis, Rheno nempe, Mosa & Vahali irrigatur. Continet in se Comitatum Zutphanensem; nec non eum tractum, quem Velaniam vulgò *de Veluwe* vocant. Est autem Velania, pænisula, quæ inter Rheni ostium, quod Arnhemium præterfluit, & Isalam interiecta, ad mare etiam protenditur, mediocri fertilitatis, nemorum, montium, & collium copia non infrequens. Plurimi, huius insulæ incolæ, Caninesates esse contendunt.

Habet Geldria viginti duas vrbes muris & fossis munitas, & supra trecentos pagos. **NOVIOMAGV M** ad Vahalim sita, in ea metropolis est, vrbs est populorum frequentia, ædiuinque splendore insignis, iure item feriundæ pecuniæ nobilis, ciues vt plurimum negotiationi operam dantes, sunt ditissimi. Huius territorium regni titulo decoratur. Sequitur **R V R E M V N D A** vrbs, vbi Rura fluuius se in Mosam exonerat, extracta. Episcopali nostris diebus dignitate ornata fuit. **Z V T P H E N V M**, ad ostium Bercheli amnis, quò se in Isalam infundit, situm. Comitatus nomine gaudet. Habet Canonico- rum diues collegium, Episcopus Monasteriensis ecclesiastico iure illi imperat. **ARNHEMIV M**, in ripa Rheni iacet. Supremum huius regionis ius, & Cancellaria (vt vocant) hic locum obtinet. Ecclesiastici huius vrbs Ultraiectensi episcopo obediunt. **HATTENV M** deinde vrbs bene munita, ad Isalam fluuium. **ELBVRGV M**, in litore sinus maris Germanici, quem *Zuyderzee* vulgò indigetant. **HARDEROVICV M**, ad eundem sinum. Sunt præterea **WAGENINGV M**; **TIELA**; **BOMMELA**, **BRONHORSTV M**, **DOESBURGV M**, **DOEDECHV M**, **SHERENBERGA**, proprio gaudente principe, sub Comitatus honore, **LOCHEM V M**, **GROLLA**, **BREDEVORDA**, **GELKIA**, quæ fortè nomen regioni dedit; **STRALA**, **VENLONV M**, oppidum arte & natura munitum, in Mosæ ripa conspicitur; **WACHTENDVNCHV M**, **HERCV LIS** vrbecula in Ducatu Iuliacensi. Præter hæc sunt quædam non infimi nominis oppidula, quæ etsi hac tempestate, aut bellorum furis, aut temporis iniuria muris sint nudata, vrbiu m tamen immunitatibus vel priuilegiis (vt vocant) fruuntur. horum nomina sunt Keppela, Burgum, Gendra, Bateburgum, Monsfortis, Echtum, Culeburgum, & Burenum; quæ duo peculiarem habent quæque dominum; vt quoque Bateburgum. Sub Othone III. eius Comite, hæc Regio maxima sumpsit incrementa; Ruremundam enim, Arnhemium, Harderovicam, Boemeliam, Goch & Wagening oppida, tunc temporis villas, muris cinxit; & ciuilibus priuilegiis consecrauit. In Annalibus Ioannis Reygersbergij vernacula lingua scriptis, inuenio hanc regionem sub Carolo Caluo Ponthis nomine cognitam, atque in dominium anno D. CCC. LXXVIII. ab eo erectum. Deinde anno M. LXXIX. ab Henrico III. hoc dominium Ponthis, Comitatus titulo ornatum; atque Gelriæ Comitatum nominatum: primumque Comitem fuisse Ottonem Nassouium. Comitatus titulo vsque ad Reinhaldum II. insignita fuit: sed cum huius Reinhaldi non solum virtus, sed & potentia vicinis regionibus formidabilis esset, ac fama iustitiæ, pietatis & fidelitatis ipsius erga Romanum imperium increbesceret, Francoforti in publicis Comitibus à Ludouico Imperatore Dux consecratus est; præsentibus rege Galliæ, rege Angliæ, & Electorum Collegio, anno Christi millesimo trecentesimo tricesimo nono.

Sunt qui narrant tempore Caroli Calui Imperatoris, versus eum locum vbi Geldria oppidum est, immane quoddam & venenosum animal, illisque locis inuisum, sub esculo arbore delituisse, miræ magnitudinis, & inauditæ atrocitatis. Bestia illa agros deuastauit, pecora & animalia minora deuorauit, & ne ab hominibus quidem abstinuit. Vicini rei nouitate & atrocitate finibus suis excesserunt, seseque in solitudines abdiderunt. Dominus quidam de Ponth filios duos habuit: Hi partim rebus propriis consulentes, partim vicinorum calamitatibus succurrentes, summa calliditate ac audacia animal aggressi, diuque luctati, tandem interfecerunt. Ille verò haud procul à Mosa ad ripam Nersæ in rei memoriam arcem extruxit, quam Gelre appellauit, eò quòd interfecta bestia crebro clamore & horrendo mugitu *Gelre Gelre* sæpius ingemisset; hincque incepisse Geldriorum nomen asserunt. Hanc originem nominis plurimi recipiunt, licet nonnulli etiam vel à Gelduba, vel è Gerlaco, secundo eorum Præfæcto, Geldros appellari existimant. Hæc ferè ex Chronico Gelriæ Henrici Aquilij. Plura suppediabit Franciscus Irenicus. Sed plenissimam huius delineationem inuenies apud Guicciardinum in sua Germania inferiore.





LEODIENSIS DIOECESIS.

LÉODIENSES quos hodie vocamus, gentem Germanicam esse, & quondam Eburones dictos fuisse, communis & constans opinio est. Antiqui nominis vestigium hodie adhuc conseruatur in vico **Ebure**/ germanico milliari ab vrbe Leodio. Crediderim hunc ipsum locum à Dione lib. XL. describi sub nomine Eburonia. Illud tamen certum est, Leodiensium ditionem hodie multo latius extendi, quàm olim Eburonum. Eburonum meminere Strabo, Cæsar, & Florus. Ebuos eos vocat Dion. Eburonates etiam posterì, barbarè. Seipfos nunc vernacula lingua (quam Gallicam corruptam maxima ex parte habent) *Liegeois*, Germani *Lutticher*/ & *Luyckenaeren* appellant. Eburonum & Leodiensium vocabuli etymon qui cognoscere desiderant, ad Ioannis Goropij monumenta, & Huberti Leodij libellulum relegamus.


Occupat hæc regio magnam Lotharingiæ antiquæ partem, continet namque sub nomine suo Leodiensis diocesis, Ducatum Bolionium; Marchionatum Francimontij; Comitatum Hasbania, (aut **Haspengow**) & Loots; multasque Baronias, vt vocant. Numeranturque in hoc tractu, præter Traiectum, cuius media pars Duci Brabantia paret, viginti quatuor vrbes muris munitæ, & mille septingenti pagi, templis turrigeris ornati, multaque Abbatia & dominia. Urbium nomina hæc sunt, Leodium, ad Mosam, vbi episcopi sedes, & vnde regioni nomen: Bolionium, Francimontium, Loots, Borchworm, Tungri, Hoium, Hasfelt, Dinantum, Masacum, Stochum, Bilsenum, S. Trudonis, Visetum, Tuinum, Varem, Beringum, Herck, Bree, Pera, Hamontium, Sineium, Fossa, & Couinum, vt eas numerat & nominat Guicciardinus. Traiecti partem, vt & hoc addam, huic diocesi accessisse ex donatione Pori, cuiusdam Louaniensis Comitis, scribit Placentius.

Regio est admodum amoena, omniumque rerum fertilis & fecunda, in primis versus Boream, qua se Brabantia iungit, ibi frumenti & omnis generis fructuum valde ferax, nonnullis in locis etiam vinum ferens. Versus Meridiem verò, quæ Lutzenburgum & Galliam attingit, paulò sterilior, montibusque asperior: & nemoribus (Arduennæ enim saltus totius Gallia, auctore Cæsare, maximi, hic passim cernuntur reliquæ) horridior. Hæc facies soli exterior; intus autem & in visceribus, metallorum & varij generis marmorum vbique diues est; item carbonum lapideorum, quibus loco lignorū ignes exstruunt, atque hæc omnia ea bonitate & præstantia, vt trito prouerbio dicant, se habere, panem pane meliorem: ignem igne calidiorem: & ferrum ferro durius. Ex ferro sanè, quo non alio, neque meliori omnes circumuicina vtuntur prouincia, magnum huic regioni vectigal. Neque alio igne, nempe violentiore, fabri ferrarij, ceruisiarumque coctores, fornaces ardentes in toto hoc Belgico tractu fouent, quàm his Leodiensibus carbonibus, qui eius sunt naturæ, vt aqua eius flammam intensiorē reddat, oleum verò eam extinguat. Huius ignis aut fumi odor, etsi eo insuetis non nihil grauis videatur, asperso paululum sale, minus aut omnino nihil sentitur. Sed de his in Namurci & Hannonia tabulis plura.

Hanc regionem ad fidem Christianam conuersam tradunt à Sancto Materno, primo Tungrensi episcopo, circa annum à Christo nato centesimum primum. Episcopalis enim sedes, quæ nunc Leodij est, tunc Tungris erat, mansitque vsque ad annum quadringentesimum nonagesimum octauum, quo tempore, à Sancto Seruatio Traiectum ad Mosam translata fuit; mansitque ibidem vsque ad tempora Diui Huberti episcopi anno septingentesimo decimo tertio, quâdo hic eam Leodium transtulit, vbi etiam nunc visitur. Plura lege apud Guicciardinum, Hubertū Leodium, & Placentium. Adde, si lubet, Lotharingiam Francisci Roserij.

LEODIENSIS DIOECESIS TYPVS.





B R A B A N T I A.

BRABANTIAE Ducatus, Mosæ, Scaldi, Sabi, & Tena fluminibus serè circumscribitur, adeò ut nusquam hos fluuios transiliat, sed neque etiam ubique attingit, cum eis Mosam Leodiensis Prouincia magnam huius tractus partem occupet. Habetque (vt plenius eius terminos describamus) Hollandiam & Geldriam à Septentrione, Leodiensem Diocesim ab Oriente, Namurci Comitatum, nec non Hannoniam ad Meridiem respicit: Flandria illi ab Occidente est: Scaldi que fluuiio ab ea ex parte dirimitur. Regio nobilis est & amœna. Gens hilaris, adeò vt vix grauem senectutem sentire videatur, quæ res, ioco (quod Adagi vice vicinis in ore est) locum dedisse putamus, quo dicunt, Brabantus quò natu grandior, hoc stultior. Aeris hic maxima salubritas: nam grassante maxima seuitia in circumiacentibus regionibus pestilentia, Brabantos ab ea intactos mansisse, non semel magna cum admiratione experti sumus.

Continet hæc regio Marchionatum Sacri Imperij, (cuius metropolis est Antverpia) Marchionatum à Bergis, Ducatum Arschotanium, Comitatum Hoochstratanum, & Megem, &c. Sunt in ea nemora & saltus, quæ multijugis ferarum generibus abundant: quorum maximè insignia, vocantur vernaculè, Grootenhout, Grootenheyst, Meerdael, Zauenterloo, & omnium maximum Soenien, septem miliarium ambitu pagos & monasteria in se comprehendens. Venatio & aucupium, si hæc quinque dicta nemora excipias, quæ Principis priuatis voluptatibus inserviunt, omnibus liberum est.

Regio est perquam amœna, uberiq. gleba, frumenti & omnis generis fructuum feracissima: in primis versus Meridiem vltra Demeram fluu. versus Septentrionem enim, eo tractu saltem, quæ incolis Campania indigetatur, paulò sterilior est, & arenosa magis. Tamen hæc pars non omnino infructuosa existit. Armentis namq. ouibusq. gratissima pabula affatim suppeditat. Indiesq. etiã agriculturalum industria, & indefatigabili labore adeò excolitur, vt vbi quondã nihil præter incultos, arenisq. obduetos campos videre erat, hodie in agros frumeti feraces conuersos, maximo incolarum comodo, cernas.

Continet hæc Brabantia viginti sex ciuitates vallis fossisq. & muris circumdatas. Sunt que hæc: ANTVERPIA ad Scaldim sita, Emporium non solum Germaniæ, sed totius Europa celeberrimum: vrbs, si quæ alia, aduersus hostiles impetus munitissima. & turri Fano Diuæ Mariæ imposita ex candido Marmore, mira imò stupende altitudinis, clara. Aedes pratorias magna impensa recèter extructas in ea videre licet, cuius in tota Europa vix similes reperias. BRUXELLÆ, vrbs fontium perennium scaturigine nobilis. hic Principis sedes est, eoq. aulicorum frequentia, nobiliumq. virorum magnificentia spectabilem se reddit. LOVANIVM, amplissima vrbs, hortos, vineta, pascua intra mœnia claudit: Musarum domicilium proprie diceres, ob que id. academiã omnium scientiarum refertissimã ibi constituit Brabantia Dux Iohannes IIII. anno M. CCCC. XXVI. Huius Territorij beneficio, hoc honoris Brabantia accedit, quòd de vindemia gloriari quoque potest. Sequitur MECHLINIA, Concilio regio, quod Parlamentum vocant, insignis, à Carolo Burgundo eius Duce instituto, anno Christi M. CCCC. LXXIII. BVSCVMDVCIS vrbs minime negligenda, ludo litterario excellens, & pugnaci populo quondam celeberrima. TIENA, ad amnem Getæ, vnde castei, qui inde nomen habet, magnus prouentus. Est que hic templum S. Germani, Canonicorum collegio ornatum. LEVVA, optima cereuisia nobilis. NIVELLA est in hac vrbe Canonicatus feminei sexus, in quam duntaxat nobili sanguine oriundis Heroinis aditus patet. Quæ his præest, harum Heroinarum suffragio, consensu tamen Principis, & approbatione Pontificis, eligitur, Domina que Niuelle vocatur. Atque penes hanc, huius vrbs & eius territorij ius temporale & ecclesiasticum, vt appellant, est. ARSCHOTVM ad amnem Demeram situm, olim Marchionatus titulo, postea à Carolo V. Imp. Ducatus elogio dotatum. BERGA ad Somam, à fluuiolo sic dicto, quod eam irrigat, cognominata, oppidum aliquando nundinis felix, nunc verò ob Antverpiæ vicinitatem minus ab exteris mercatoribus frequetatur. MEGEM ad Mosam sita. BREDÀ oppidum luculentum, ædificiis perpolitum ornatum. Hic Comitum Nassouiorum Basilica, tanta elegantia atque nitore à peritissimo Architecto inchoata, vt ad finem perducta, omnibus Principum huius regionis ædibus facile anteponebam iudicem. TRAIECTVM ad Mosam, ampla vrbs, populosa & diues: quæ et si extra Brabantia fines posita videatur, Ducem tamen Brabantia pro domino agnoscit. STEENBERGA in maris litore, hoc olim Emporium admodum florens fuisse fama refert, hodie verò ad nihilum serè redactum, luget. LIRA, elegans oppidum & amœnum, adeò vt multorum huius tractus nobilium in otio degentium, à curis & turba recessus sit. VILEVORDVM, hic arx munita, & principis carcer est. GEMBLOVRS, sine Gemblacum, Abbas huius oppidi profani æquè atque ecclesiastici iuris hoc loco supremus est. IVDIGNA, olim ob aeris salubritatem principum huius regionis incunabulum. HANVTVM, quondam Comitatus, vt fertur, loco fertilissimo situm. LANDEN, vetustissimum Brabantia oppidum nonnullis putatur. HALEN, bellicis furoribus penè excisum iacet. DIESTA, ad profluentis Demeræ fluminis vtramque ripam extructa, vrbs spaciola, & lanificio, incolarum maximo emolumento dedita. SICHENVM, ad eundem fluuium oppidum non ignobile. HERENTALS, lanificio quoque vitam parat. ENDOVIA, in medietullo serè Campania ad Dommelam amnem. HELMONT, cui castrum adiacet.

Sunt quoque duodeviginti loca, quæ libera vocamus, siue vt vulgò vocat Vryheden: quæ loca et si muris & fossis non sint munita, tamen cum priuilegiis Principum, & immunitatibus vt cetera oppida gaudeant, ea hic quoque enumerari digna videntur: Oostervicu, Orschotù, Turnohoutù, Hogestrata, Duffela, VValem, Merchten, Afche, Vuerna, Duisbosch, Hulpen, VVaure, Braina, Genappium, Gheela, Arendonchum & Dormala. Pagi septingenti, templis turrigeris, & campanis decorati, inter quos quamplurimi sunt dignitatum titulis nobilitati. Sub Brabantia iure etiam sunt quedam vltimosana, vt sic dicam, regiones, vt puta, Ducatus Limburgicus, Comitatus Dalemius, status Valkeburgicus, &c. Habet præterea plura non contemnenda loca: sed ea omnia hic enarrare, non est nostri instituti. Sed apud Ludouici Guicciaradi Germania inferioris regionum descriptionem, ea omnia legere licet, imò oculus lustrare, tam diligenter ab eo descripta videntur. Huius regionis incolæ olim fuerunt Aduatici. De quibus vide Ioannis Goropij Becani Beceselana.





N A M V R C V M.

NAMVRCI regio hodie Comitatus titulo nobilitatur an hæc à primaria eius ciuitate, aut ciuitas ab illa nomen traxerit, incertum apud nostrates relinquitur: quemadmodum quoque ipsius vocabuli origo. Namur enim incolæ, **Namen** Teutones pronunciant. quid autem natura significet nesciunt. qui enim olim eo in monte, vbi hodie arx quæ Namurco opido imminet, conspicitur, idolum Nanus nomine cultum, responsa aut oracula dedisse, & postea illud idem, Christiana nempe religione illucescente, obmutuisse, atque ita ex Nano & muto, Namurcum factum prædicat, fabulas narrare, neque vlla boni scriptoris auctoritate niti, reor. Neumur olim dictum (quasi nouus murus latinè dicas) scribit Meierus.

Huius regionis vicini sunt Leodienses, Brabanti, Hannonienses, & Lutzelburgenses: Mosa & Sambre fluuij nauigeri eam irrigant; tractus non est montosus, neque etiam planus; sed collibus conuallibusque potius hinc inde attumulatus. Nemora quorum maximum est quod Marlaigne indigetant, sparsim venationes suppeditant nobilibus. Ferax rerum quibus vitam humanam tueri est necessarium. Ferri-fodinæ hic multæ sunt. eruuntur quoque lapides atrii, aut potius carbones lapidei, quos nos Teutones **Steenkolen**. incolæ (quemadmodum & Eburones, apud hos enim æquè reperiuntur,) Hoille nominant; *λιθάνθρακες* vocant eruditi. Horum lapidum mira est natura: cum cetera namque omnia oleo inflammescunt, isti affusa aqua inardescunt, oleo autem extinguuntur. His indigenæ vicinæque regiones, (hinc enim in proximas regiones exportantur,) luculentos ignes in ædibus extruunt. ferrifabri quoque ferrum facilius quam alia quauis materia molliunt. Sunt hic quoque lapicidinæ ex quibus nigra, subruffa, ite variegati coloris marmora exciduntur, quibus circumiacentiũ regionũ ædificia, tẽplaque magnificè exornantur. vnde huic tractui nõ parua diuitiæ accedunt.

Habet hic Comitatus quatuor vrbes mœnibus firmatas, Namurcum, Bouinum, Carolomontium, & Vallencuriam. **NAMVRCVM**, vti diximus, primaria est ciuitas, episcopali sede nuper ornata: sita admodum opportunè in duorum fluminum, Mosæ scilicet & Sambre, Confluentia, vtriusque fluminis ripas pontibus lapideis connectit. Hic consilium totius regionis. **BOVINVM** in ripa quoque Mosæ fluminis læua est, opidum pulcerrimis ædibus, frequentiaque incolarum olim spectabile, nunc autem bellorum rabie toties deformatum, non adeo elegans. **CAROLOMONTIVM** arx est, si quæuis alia, inexpugnabilis, ad ripam item Mosæ à Carolo V. Imp. ædificata & nominata: ad pagum Giuet dictum, in montis fastigio visitur. **VALLENCVRIA** neque est contemnendum opidulum. Sunt in super sub huius Comitatus nomine præter Abbatias quamplurimas, pagi octoginta duo, inter quos quidam, vt Floreu, Vasciæ, Sanson, &c. amplitudine & elegantia vique adeo præminent, vt cum opidulis certare possent. Hæc regio olim sub Marchionatus titulo censebatur: circa annum autem M. CC. in Comitatum conuersa fuit.

Gens admodum est bellicosa, principique suo deuotissima. Gallica vitur lingua. Hanc regionem, vt cæteras Belgicas, accurate descripsit Lud. Guicciardinus.

NAMVRCVM,

Comi tatus.

PARS.

IAE

LEODIENSIS

DIOECESIS.

LOTZEMBVR
GENSIS DOCA
IVS PARS

scala miliariorum.





HANNONIA.

SCRIBIT Lessabæus hanc prouinciam (nescio qua auctoritate) olim Pannoniam à Panos cultu vocatam: deinde Saltum Carbonarium: postea Picardiæ inferioris titulo cognitam dicit. Sed tandem Hannoniæ nomen, quo hodie innotescit, ab Hania flumine, quod mediam regionem secat, obtinuit. *Hainault* incolæ, & *Henegow* Germani appellant. quod sonat veteri incolarum lingua, Haniæ ager. *Com* enim Germani agrum nominant.

Habet hæc Hannonia Flandriam cum Artesia ab Occidente, Brabantiam à Septentrione: qua orientem Solem aspicit, sunt illi iidem Brabanti, cum Namurcis & Leodiensibus vicini: à Meridie Campaniam Gallorum regis prouinciam attingit. Regio est, si quæ alia hoc tractu, nemoribus, lacubus, fontibus irriguis, pratis & pascuis admodum amœna. Gens bellicosa, & erga principem fide & officio incomparabilis. Habet in longitudine plus minus viginti, in latitudine sedecim milliaria. In eo ambitu comprehendit viginti quatuor opida, & plus quàm nongentos quinquaginta pagos aut villas, vt Guicciardinus auctor est. Robertus Cœnalis in ea bis mille ducentas villulas turri campanaria, vt vocant, insignitas numerat. Titulo Comitatus hodie ornata est: & habet in se Principatum, vt hoc dignitatis vocabulum vulgò sonat, octo Comitatus, duodecim Pares, vt hodie appellant, viginti duos Baronatus, viginti sex Abbatias, aliosque dignitatis titulos, quæ apud Guicciardinum videre licet.

Vrbes in ea primariæ, sunt Montès & Vallencenæ: hæc ad Scaldim flumen quæ id nauigia ferre incipit, sita: amplitudine & vallatis mœnibus inclyta est. Plebs mercimoniis & negotiationibus vt plurimum indulget, magnumque sibi emolumentum ex eo panni genere, quod vulgus *Fussettas*, & in hac vrbe magna quantitate textitur, atque hinc in remotissimas orbis regiones aueritur, parat. Illa fluuiolo *Trullæ* insidet, mediumque regionis ferè occupat. Vrbs admodum munita, atque aduersus hostium insultus tutissima. Plebs opulenta, plerumque rem faciens ex telæ quodam genere quod vernaculè *Sayam* appellant: cuius ibi ingens copia conficitur. Sunt præterea *Condatum*, *Halla*, *Angia*, *Malbodum*, *Auesnæ*, *Bellus-mons*, *Chimacum*, *Quercetum*, *Binchium* Mariæ Caroli V. Imper. sororis à curis diuerticulum, atque extructis ibidem ædibus planè magnificis, quondam in deliciis habitum, sed postea ab Henrico I I. Gallorum rege incendio & ruina fœdatum. Est item *Bauacum*, vulgariter *Bauais*, quod nonnulli *Baganum* vel *Bagacum* Ptolemæi esse arbitrantur. nonnulli illud Belgium Cæsari in suis Commentariis dictum volunt. Hubertus Leodius tamen non existimat Cæsaris temporibus tam potens fuisse, sed sub Diuo Constantino Imper. potius floruisse: idque ex numismatibus quæ ibi magna quotidie copia, huius imagine signata, effodiuntur, colligit. Visitur in huius foro columna lapidea, sub qua ab incolis inchoare omnia eiusmodi viarum capita referuntur, quæ ab eo loco in omnes Galliæ partes, & sublimi atque recto tramite exporriguntur. Has Brunehildi opera constratas fama loquitur. Eius quoque nomenclaturam in hunc vsque diem seruât. *Chemins de Brunchault* Gallicum vulgus, Germanicum verò *de Kasse* vocat. Durant vsq. hodie harum viarum plurimis in locis vestigia, sed interrupta. Hæc id præsertim miraculi habent, vt scribit Bouillus, quòd sublimiores sint vicinis vtrunque agris: quòd inter insignia Galliæ opida rectissimum iter conficiunt: quòd silicinis lapillis, qui etiam vicinis in agris desunt, sternuntur: adeò vt vel ab humo ebulliuisse silices, vel æthere sublimi eos pluuisse quis iudicet, vel alia quàm humana manu & opera vndecumque toto orbe lectos, in eiusmodi viarum ruderationem quis demiretur. Sunt quoque in huius regionis limite versus Mosam fluuium qua in Galliam iter patet, *Carolo-mons*, *Mariæ-burgum*, & *Philippo-villa*, in hoc tractu contra Gallorum irruptiones fortissima præsidia: à Carolo V. Imp., Mariæ eius sorore, & Philippo eius filio extructa & denominata.

Diues est hæc regio ferri & plumbi fodinis: Effodiuntur hic quoque diuersa marmorum genera, vt sunt album & nigrum, item pluribus coloribus variegatum, ad regum & magnatum ædes & sepulchra ornanda valde accommoda. Calx viua hic etiam ex terra eruitur. Item carbones lapidei & atrii, bituminis indurati natura: quibus incolæ loco lignorum in extruendo foco vtuntur. Conflantur hic quoque vitreæ illæ laminæ pellucide, quibus omnem cæli iniuriam ex templis & ædibus propellimus. hæcque præ aliis, quæ alibi locorum sunt, palmam præstantia ferunt. Omne item vitreorum vasorum genus & suppellex hic conficitur. Vide plura apud Ludouicum Guicciardinum, & Iacobum Lessabæum, qui peculiarem libellum de hac regione conscripsit. Hubertus Thomas Leodius quoque in suo de Tungris & Eburonibus libellulo non contemnenda de hac recenset.


Scala miliarum Hannoniae, que sunt unius hori itineris.

FLANDRIE



PARS

BRABANTIAE



NOBILIS HANNONIAE COMITATUS DESCRIP. Auctore Iacobo Surhonio Montano

LEODIENSIS EPISCOPATUS

IN PARTE

Franciscus Hogenbergus
Archetypo calcabat
1572

ARTESIA



A R T E S I A.

ATREBATES Galliae Belgicae populos fuisse non ignobiles, testis est ipse Iulius Caesar. Gens est bellicosa, vetus nomen adhuc retinens. Ipsa metropolis, Latine Atrebatum, quae quondam ipsius Flandriae etiam primaria ciuitas fuit, hodie Gallico vocabulo Arras nuncupatur, vnde adiacens regio vniuersaque prouincia Artois, quasi Arratois, per Syncopen effertur: Hinc recens Latinum nomen Artesia vulgo formatum: Tota regio veteri Comitatus titulo insignita, satis late patet, nam a Cameracesi, Picardia, Hannoniae & Flandriae finibus ad mare vsque Oceanum protenditur: Olim regno Franciae subiecta, nunc beneficio pacis inter Carolum V. Imp. ac Franciscum I. Galliae regem anno 1529. inita, sui iuris facta est. duas habet insignes ciuitates, Atrebatum & Fanum Sancti Audomari: oppida sunt, Aria, Hesindeum, Lentium, Bethunia, Bappalma, Fanum Sancti Pauli, Lillerium, Perna, quae loca omnia Regi Catholico parent: Ciuitas Bollonia, Caletum, Guisnea, & Ardea (quae etiam eiusdem Comitatus sunt) regi Franciae seruiunt, nam Morinum iam deletum est. Habet & complures arces seu castra, praeter innumera nobilium castella quibus pro domibus vtuntur. Episcopatus duos insignes ab antiquo comprehendit, Atrebatensem ac Morinensem, sed post deletam funditus Morinum anno 1553. hic posterior in tres sedes diuisus est, Audomarensem, & Yprensem pro medietate, & Bolloniensem ex altera parte. Balliuatus seu Castellaniae maiores tanquam ipsius Comitatus membra aut partes primarias nouem habet, Atrebatensem, Audomarensem, Morinensem, Ariensem, Hesindeiensem, Lentiensem, Bappalmensem, Aueniensem, Bredenardensem, & Aubigniacensem. Subest autem Atrebatensi Castellaniae Bollonia, Fanum Sancti Pauli, Perna, Bethunia, Lillerium; Caletum vero, Guisnea, & Ardea veteri iure ad Audomarensem iurisdictionem pertinent. Habuit similiter Comes Atrebatensis alios inferiores Comites sibi vassallos, Bolloniensem, Sancti Pauli, Arcquensem, Blangiū, Fauquenbergium, & Syneghensem. nunc etiam Principatus Espiniensis, nec non Marchionatus Rentiaci titulis auctus fuit. Quo autem modo Bollonia iurisdictione Atrebatensi sese exemerit, ex historiis liquido constat. Nam postquam quidam Comes Bolloniensis crimine Maiestatis erga Regem Franciae sese obstrinxisset, eaque de causa Rex manus in ipsum Comitatum iniecit, ius feudi erga Atrebatensem agnoscere recusauit: Quare Atrebatensis sibi iura feudalia in Comitatum sancti Pauli (qui antea a Comitē Bolloniensi mouebatur) dimisso medio directe accepit: Dictitans se nolle feudo & subfeudo priuari: atque hactenus eo iure vsi sunt vtrisque principes, vt scilicet Bolloniensis non amplius Atrebatensem, nec sancti Pauli Bolloniensem agnouerit. Verum ea de re posteriori pacis tractatu anni 1559. non nihil alteratum est, ideoque res ad Commissarios relata, indecisa superest, retenta tamen penes Catholicum possessione. Vulgo autem creditur Caletum (qui hodie portus continentis terrae est Britanniae vicinior) Iccium portum a Caesare dici: vnde ex Belgio in Britanniam soluerit. Verum si res penitus inspiciatur, alium fuisse portum videre est, Sancti videlicet Audomari oppidum, quod olim fuisse Oceani portum, atque sinum maris latissimum, vel praeter alta littora quae ipsam ciuitatem quasi cingunt, demonstrant, aliaque innumera argumenta & antiquitatis vestigia, quae aperte terram adiacentem salo marique subfuisse (vel nullo loquente) conuincunt, nec non constans in hodiernum diem fama declarat. Quin imo & nomen vetus ipsius ciuitatis quod Sithieu est (nam sancti Audomari recens esse nemo est qui nesciat) id arguit. Quasi dicas sinum vel portum Iccium. Ipsumque portum apud Morinos fuisse, quos & Virgilius & Lucanus extremos hominum vocant. Haec praeterea ita se habere, plurimis argumentis tam ex transitu quam reditu Caesaris ex Britannia attentus lector facile apprehendet. Nec spatium triginta milium passuum aut circiter, quo ibi insulam a continenti distare describit, quod minus id crediderim impedimento esse potest. Cum maris aestus (maxime in tanta loci angustia) facile aut addat aut detrahat. quamuis etiam ipsum maris spatium ibi a terra continenti ad insulam vsque, non admodum discrepet. Haec de Iccio portu dicta sufficiant. penes alios iudicium esto. Habet insuper haec prouincia, caenobia quamplurima, & in his Abbatias octo & viginti, insigniores autem sunt, sancti Vedasti Atrebatensis, sancti Bertini Audomarensis, sancti Saluatoris Aquacinctensis, & motis sancti Eligij. Plures similiter fluuios habet, celebriores sunt, Lysa, Scarpa, Aa, Canchia, & Authia, praeter alios riuos etiam nauigabiles.

Numerus pagorum & villarum totius prouinciae ingens est. Solum ipsum omnium frugum & maxime frumenti feracissimum, & abundantissimum est. vnde veteri lingua Gallica Atrech (quod solum panis, significat) dictum nonnulli scripsere. Siluis etiam & nemoribus non caret, sed praecipue qua parte ad Meridiem & Occidentem spectat. Pluisse autem lana apud Atrebatios suo tempore, auctor est Hieronymus, & alij auctores. Hanc regionem pulchre vt cetera, quoque describit Guicciardinus.



OCEANI BRITANNICI PARS.

GVINES. COM.

COM. DE

BOVLLENOIS

PONTHIEV.

VIMEVX.

ATREBATVM REGIO:
NIS VERA DESCRIPTIO.

Scala miliarum



Cum privilegio Imp. et Regis. Ma.

LIBRARY

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several paragraphs and is significantly obscured by a large, irregular brown stain in the lower-left quadrant and several smaller dark spots scattered across the page.



FLANDRIA.

TRACTVM Europæ extremum Britannicæ insulæ obiectum, inter Galliam, Germaniam, & Oceanum, incolæ Germaniam inferiorem appellant: Galli, exterique ferè omnes vno nomine Flandriam vocant. Verùm Flandria non tam latè patet. nam quæ vera Flandria est, etsi quondã terminos laxiores complexa sit, hodie tamen Brabantia, Hannonia, Artesia, & Oceano finitur. Hanc in tres partes diuidunt, in Teutonicam, Gallicam & Imperatoriam, quam & Proprietariam (quod nunquam Superiorem præter Flandriæ Principem agnouit) nominant. Teutonica Flandria has habet vrbes; Gandauum, Brugas, Ypram, Curtracum, Aldenardam cum Pamelia, Neoportum, Furnas, Bergas, Slusam, Dammum, Bierfletum, Dixmudam, Casselum, Dunkerkam, Greuelingam, Burburgum & Hulstum. Gallica, Insulas, Duacum, Orchianum. Imperatoria; Alostum, Teneramundam, Gerardimontium & Niniuam. Flumina eius celebriora sunt; Scaldis, Liza & Tenebra. Regio maximè compascua, in primis Occidentem versus: Boues, equosque præstantissimos, belloque aptos gignit. Caseo, butyroque abundat. Tritici admodum fœcunda & nobilis. Populus ferè mercaturam exercet: atque ex lino (cuius hîc maxima fertilitas & excellentia est) lanaque; (quæ ex Hispania & Anglia huc aduehitur) pannos lineos, laneosque magna copia conficit, latissimeque distrahit. Habet hæc Flandria **xxviii.** ciuitates muro cinctas: **m. c. liiii.** pagos, præter Arces, Castella, & nobilium Ædes. Inter quas, est Gandauum, maxima ciuitas: de qua Erasmus Roterodamus in epistolis, ita: Non arbitror (inquit) quaqua patet Christiana ditio, ciuitatem vllam reperiri, quæ cum hac conferri queat, siue spectes amplitudinem vrbis ac potentiam, siue politiam, siue gentis indolem. hæc Erasmus. Tria milliaria nostratia in ambitu continet. Tribus fluminibus irrigatur, quibus in viginti insulas habitatas distinguitur. Brugæ, multitudine atque elegantiæ ædium, omnes Germaniæ inferioris ferè vrbes antecellit, emporium olim tam celebre, vt Flandriæ nomen (inquit Iacobus Marchantius) per eam occasionem vicinas regiones velut obfuscauerit. Ypra, flumen Hypram habet, fullonibus aptissimum: creuitque lanificio in vastam olim magnitudinem, donec ab Anglis & Gandauensibus obsessa, disiectis amplissimis suburbiis, magnoperè diminuta fuit.

Quemadmodum triuiali parœmia Mediolanensis inter omnes Christianitatis Ducatus eminere dicitur, ita & hunc Flandriæ Comitatum ceteros antecellere prædicant. Habet quoque quasdam prærogatiuas, veluti quòd eius Princeps, Comitem Flandriæ Dei gratia scribat, quod cum solo rege commune habet. Nulli enim principum Christianorum, extra vnum Flandrum hoc datum esse, scribit Meyerus; cum aliis omnibus solitum sit addere, Dei clementia, Deo adminiculante, &c. Habuit olim plura Regno peculiaria, vt sunt Cancellarius, Magister equitum, Cubicularius, Pocillator, Item duo Mareschalli, atque duodecim, vt Gallia, Pares. Huius regionis insignia olim fuere scutum cærulei coloris, quinque aureis intersectum oblongis areolis, altero paruulo rubri coloris in vmbilico refulgente clypeolo. Hodie niger leo in campo aureo est; quem, vnà cum ceteris Belgicis principibus qui simul cum Philippo Elfatio in Syriam expeditionem parabant, pro insigni sumpsisse creditur: eo enim tempore, hi Principes, qui erant Flander, Louaniensis, Hollandus, Lucemburgius, Limburgius, Brabantus, Zelandus, Frisius, Hannonius, &c. (mutatis pristinis insignibus) leones coloribus inter se differentes, sibi cepere.

Fuit hæc Regio pro maiore parte ab exordio sub clientela regum Franciæ; nunc verò libera, & sui iuris, vindice Carolo V. Augusto, Flandriæ Comite: qui seruitutem illam pactione Madritia in totum aboleuit. Descripsit hanc Regionem Ludouicus Guicciardinus accuratissimè, sed doctissimè Iacobus Marchantius. Vide & Iacobi Meyeri Flandricarum rerum Tomos decem.

FLANDRIA

MARIS GERMANICI PARS

SEPTENTRIO

OCCIDENS



ZELAN
Waldoren
Middelborch
Wanzen

AE PARS

PLRS
PICARDIE & CLAVS

Notarum explicatio.
• Villa. Verber.
• Arce.
• Alouffina.
• Pna.

PLRS
PLRS
PLRS

Bull
camp veldt


HANNONIAE PARS

ORIENS

Miliana Flandria, parva
mediora, & magna.

Gerardus Mercator
Aegidius de Witt
Disiderius





ZELANDIA.

LEVINVS Lemnius Zirizaus in libello *De occultis natura miraculis*, hac habet inter *Lalia* de suis *Zelandis*: Regionem hanc maritimam veteribus olim non fuisse incognitam, ex Cornelio Tacito colligi potest; non hoc equidem, quo nunc innotescit, nomine; sed ex usu ac vulgata illa alloquendi consuetudine ac compellatione, qua populares atque indigena inter se sunt vsi: itaque *MATTIACORVM* illos nomine designat, cum inquit: Est in eodem obsequio *Mattiatorum* gens *Batavis* similis, nisi quod ipsi terra sua solo acrius animantur. Quod indicat, tametsi *Batavis* sive *Hollandis* à canitate terrae sic denominatis vicini sint ac finitimi, ita ut inter illos referri debeant, vulgari tamen nominis appellatione discretos, atque Oceano propiores, magis feroces esse; ut reuera sunt, ac viribus, ingenio, solertia, versutiis, calliditate, fallaciis, captionibus, negotiandi peritia, ac conquiriti industria superiores. Quod autem *Mattiaci* nominentur, non à loco, aut Duce aliquo, sed à populari appellatione, atque vsitato loquendi more enatum est, nempe à *Maet*, qua vox in quotidiano sermone, ac congressu familiari, omnium apud nos actionum, contractuum, periculorum, ac totius voluntatis, consilij, laboris, socium, comitemq; sonat, omniumq; rerum quas inter se exercent, participem ac consortem, &c. Nam *Zelandia* nomen recens est, ac veteribus incognitum, à terra ac mari conflatum, quasi dicas, Terram ac solum maritimum: mari enim undique cingitur, multisq; insulis distincta est, nempe quindecim, tametsi paucis ab hinc annis magnam cladem huic regioni Oceanus intulit, cuius saevitia atque immanitate, magna *Zelandia* pars, diuisis ac dissipatis sanditus aggeribus, salo oppressa est, atque mari equata: subsistunt tamen insignes aliquot insulae, quarum tres praecipuae cum Oceani aestu continenter luctantur, atq; immensis sumptibus, aduersum barbaram hoc atque indomitum elementum agrè se tuentur. Inter has primum ex alto in portum delatis se offert *Walachria*, vel ab eius cultore sic denominata, vel (ut coniectio) à *Gallis*, qui hanc oram frequentabant, qui *Belgica* voce etiam nunc *Walen* vocantur; aut ab ea parte *Britannia*, in qua versus Occidentem consistunt *Walli*, apud *Anglos* praecipua nobilitatis viri, à *Gallis* etiam oriundi, quod idioma eorum adhuc indicat, &c. Hinc *Aquilonem* versus, aut ab *Ortu* solstitiali opposita est *Scaldia*, à praterlabente *Scalde* flumine sic nominata, &c. *Suytbeulandia*, qua à solo *Austro* opposita, sic denominata est, spaciosissimo, amoenissimoq; versus *Flandria* ac *Brabantia* oras tractu exporrecta, tametsi paucis ab hinc annis maximam iacturam passa, dimidio iam sit angustior. Reliqua lege apud ipsum auctorem, qui omnes eius insulas, opidaq; elegantissime describit. His, si velis, adiungas *Lud. Guicciardinum*, & horum absolutam habebis cognitionem. Extant quoq; harum insularum *Annales* vernacula lingua à *Ioanne Reygersbergio* scripti. Sed corollarij vice, adde *Adriani Barlandi* urbium *Germania inferioris* descriptiones.

Harum insularum situs est inter *Mosa* & *Scaldis* fluminum ostia, à Septentrione *Hollandiam*, ab Oriente *Brabantiam*, versus Meridiem *Flandriam* vicinas habent regiones, ab Occidente mare *Germanicum* respiciunt. Horum populos à *Procopio Arborichas* vocari scribit *Iacobus Meyerus*. Sed *Abroditos* hoc loco debere legi apud *Procopium*, putat *Petrus Diuans*.





HOLLANDIA.

ERASMVVS ROTERODAMVS BATAVVS his verbis hanc suam describit Hollandiam: Conuenit inter plerosq; doctos, nec id refragantib. coniecturis, eam Rheni ad Oceanum insulam, cuius Tacitus lib. 20. meminit, esse, quam nunc Hollandiam vocant, terram mihi semper & celebranda & veneranda, vt cui vitæ huius initium debeam. Atque vtinam illi nos tam possimus honestamento vicissim esse, quàm illa nobis non est paritenda. Nam quòd Martialis eam gentē rusticitatis insimulat, quòd eandem Lucanus truce[m] vocat, aut nihil ad nos pertinet, aut etiam laudi vertendum arbitror vtrumq;. Siquidem quæ gens non aliquando fuit rudior? Aut quando Romana gens laudatior, quàm cū præter poris rationē pertinere, quæ maior laus Hollandiæ meæ poterit tribui, quàm si dicatur à Martialis iocis abhorre[re], quos etiam ipse nequitas appellat? Vtinamq; Christianis vel omnibus aures essent Batauæ, quò pestilētes illius Poëtæ facetias, aut non admitterent aut certè his non caperētur. Quòd si quis id rusticitatem vocare velit, nos conuiciū haud illibenter agnoscimus, videlicet cum integris Lacedæmoniis, cum priscais illis Sabinis, cum laudatissimis Catonibus cōmune. Lucanus autem (opinor) ita truces appellat Batauos, vt Virgilius acrem Romanum. Alioqui si mores domesticos spectes, non alia gens est ad humanitatē, ad benignitatem propentior, cuiq; minus adsit vel feritatis, vel truculentia, ingeniu[m] simplex, & ab insidiis, omniq; furo alienum, nullis grauib. obnoxium vitiis: tantum ad voluptatem, præcipuè conuiuiorum aliquantò deditius. Cuius rei causam esse puto, miram rerum omnium exuberantiam, quibus voluptatis studiū irritari solet: idq; partim ob cōmoditatem importationum, quòd non solum occupat duo nobilissimorum fluminum ostia, Mosæ, Rheniq;, veru[m] etiam quòd aliquanta sui parte Oceano alluitur, partim ob natiuam regionis vbertatem, vt quæ passim nauigabilibus ac piscosis interluatur fluuiis, pascuis vberimis abundet. Adhæc auium infinitam copiam, paludes saltusq; suppeditant. Proinde negant aliam inueniri regionem, quæ simili spatio tantum oppidorum contineat, mediocri quidē magnitudine, sed incredibili politia. In domesticæ supellectilis nitore, palmā vni concedunt Holladiæ, negociatores quibus pleraq; pars Orbis est peragrata. Mediocriter eruditorum nusquam gentium frequentior numerus. Ad exquisitā eruditionem, præsertim antiquam, quòd non perinde multi perueniant, aut vitæ luxus in causa est, aut quòd apud illos plus honoris habetur egregiæ morū integritati, quàm egregiæ doctrine. Nam ingeniu[m] non esse negatū illis, plurimis constat argumentis: quanquā mihi sanè quàm mediocre contigit, ne dicam exiguū, vt cetera pleraq;. Hactenus Eras. in Chiliadib.

Regio est hæc Hollandia ubiq; ferè mari, Mosæ, Rheniq;. ostiis, instar pæninsulæ sepra, nō admodum spatiosa, vt quæ sexaginta miliaribus nostratibus in orbem tantum pateat. Continet tamen vnde triginta vrbes muris cinctas, quæ sunt, DORDRACVM, ante centum quinquaginta plus minus annos insula maris inūdatione facta: hæc quatuor fluminibus alluitur. Vrbs est potēs, ciuib. locupletis. habitata, & pulcherrimis ædibus tam publicis quàm priuatis exulta. Magnus hic mercatorum confluxus. est enim hic stabulum (vt sic vocem, quod vulgò *stapel* vocant) Rhenensis vini, frumenti, materiarum, aliarumq; mercium quæ Rheno Mosaq; in has regiones nauigio venalia importantur. HARLEMVM, amplissima hæc est totius Hollandiæ vrbs, sita loco peramceno. Mœnia egressis statim occurrit nemusculum, quo ciues se festis diebus à labore & curis refocillent, idoneum. Vrbs est lanificio nobilis, vbi quotannis dena duodenaq; millia pannorum confici compertum est. Hic artem imprimendorum librorum primū inuentā incolis & ciuib. persuasum est. DELFIVM, à fossa, quam *Delft* vulgò appellant, nomen habet. Lanificium hic quoque ciues exercent. Optima hic etiā cereuisia coquitur, quæ plurima in Zelandiam asportatur. Tulit hæc magnam ignis cladem anno 1536. incēdio namque pars maxima ciuitatis conflagrauit. LEYDA, ad Rhenum, non longè ab eius olim ostio, quod nunc arena obstructū cernitur. Oppidum huius regionis vetustissimū putatur, à Legione enim Romana hic olim hibernante nomen habere credunt. Nonnullas antiquitates etiamnum ibidem videre licet. GOUDA, ad Isalam amnē, quo Gouda fluuius (à quo vrbs nomen habet) euoluitur, sita. Incolis frequens est. AMSTERODAMVM, ad sinum Tia vocatum magnificè exstructum: emporium est his partibus populosissimum. Per singulas ferè plateas Venetiarum instar, nauigio si mauis quàm pedestri itinere, negotia sua quiuis obire potest. Magnus hic nauium quotidie ex Noruegia, Liuonia, ceterisq; Septentrionalibus regionibus: item ex Hispania, Gallia, Anglia, &c. appulsus: ad eò vt interdum classem ducentarum, nec non trecentarum nauium onerariarum (quas *Holchas* vocant) eò simul confluere videas. Ideoq; secundum ea vrbs post Antuerpiam, in mercatura nempe, locum habere, vulgò perhibetur. ENCHVSA, ad littus maris, quod vernaculè *Snyderzee* appellant, sita. Nauium maximarum fabrica, etiam exteris innotuit. HORNA, ad eundem sinum posita. Nundinae hic celebrantur mense Maio, vbi butyri caseiq; maxima ad miraculum vsque, copia distrahitur. ALECMARIA, hic locus casei butyriq; prouentu ceteras huius regionis ciuitates antecellit. PVRMERENDVM, arce Comitum Egmondanorū clarum est. EDAMVM, fabricandis nauibus, & optimis caseis, etiam nomen meruit. MONICHEDAMVM præterea, VVESPA, NARDVM, & VVOERDA. Dein ADAQVA SVETERES, *Oudewater* dicunt. Cannabis in huius territorio magna fertilitas, ad eò vt hic ferè omnia retia funes atque rudentes (quibus Hollandi, Zelandiq; in piscationibus vtuntur) conficiant. SCHOONHOVVM, quasi Ad bellos hortos dicas. Hic salmonū (quorum hic etiam stabulum, vti vini diximus Dordraci esse) assidua piscatio. Postea est ISELSTENVM, VIANA: Item LERODAMVM, ASPERA, & HVECKELEN, vrbeclæ in orbem ad amnem Linga sitæ, quingentis passibus dumtaxat ab inuicem distantes. GORICHVM, & WORICHVM, ad ripam Vahalis fluuij è regione extructa sunt. Habet Gorichum arcem aspectu vniuersissimam: Annonariam hanc ciuitatem quis rectè dixerit, tanta hic quotidie rerum humano victui necessariarum nundinatio, quæ hinc in vicinas regiones Antverpiam in primis, nauigiis asportatur. Sunt deinde HVESDEN, ROTERODAMVM, SCHIEDAMVM: & vtrumque MONTEM, alterum à Diua Gertrude, alterum à septenario numero notū est, *Seuenbergen*, & *Geertruyden-berge* enim appellant. Alia quædam oppida olim muris clausa, quæ etsi hodie iis, aut bellorum furoribus, aut aliis incommodis nudata conspiciantur, nihilominus suis antiquis immunitatibus & priuilegiis gaudent. Eius generis sunt, *Medemblichum*, *Beueroicum*, *Muida*, *Neoportus*, *Vlaerdinga*, & *Grauesanda*. Supra quadringentos insuper pagos, inter quos supereminet *Haga*, quam Comitum cognominant. Hic pagus Guicciardino creditur amplitudine, opulencia, venustate & amcœnitate ceteros Europæ pagos antecellere, habet enim duo millia domorum: inter ceteras Regiam ædem, ad arcis similitudinem vallo & fossa munitam, in qua Principis summum tribunal. Propè est nemus opacum, auium cantu, & ferarum aspectu & oculis & auribus iucundum. Cum Cresiphonte pago in Assyria ad Tigridis fluuium ab omnibus scriptoribus celebrato comparare ausim: de quo Strabo scribit, eum pagum vrbs potentia & magnitudine esse, ibiq; Parthorum reges hiemare solere, Seleuciæ vrbi parentes. Habet Hollandia quoque suo sub imperio aliquot insulas: vti sunt, *Voorn*, cum oppidis *Geeruliet* & *Briela*. *Goereda*, cū oppido cognomine: *Somersdyck*: *Tessela*, & alia plures. Diocesis item Traiectensis, quæ quondam suis Episcopis parere solebat, in qua quinque vrbes quoq; numerantur, se Hollandiæ gubernationi sub Carolo v. Imp. dedit. Hæc dicta Hollandia ad eò mari ambitur, fluuiisq; lacubus, ac fossis dispescitur, & tanquam in areas distinguitur, vt nulla vrbs neq; pagus sit, quòd non nauis & curru vehi possit. Neque in tota regione locus, ex quo non trium horarum spatio ad mare excurrere facile sit. Descripsit hanc Hollandiam (vt ipse vocat) Chrysof. Neapolitanus, eleganti epistola ad Comitem Nugarolum. De eadem vide historiam Batauicam Gerhardi Geldenhaurij, & Petrum Diuaxum, sed ante omnes Had. Iunij historiam Batauicam. De admirabili huius regionis copia atque abundantia, lege Lud. Guicciardinum. Ruinarum Armamentarij Romani, quod arcem Britannicam vocant incolæ (quæ sunt in littore Oceani Germanici ad pagum *Catwijkopzee* appellatum, non longè à Leyda oppido) marmorearumq; inscriptionum ibidem inuentarum effigiem, olim seorsum in lucem dedimus. De regione Traiectensium, quæ hodie sub Hollandica quoque iurisdictione est, & hac tabula etiam continetur, consule historiam Lamberti Hortensij Monfortij.



FRISIAE OCCIDENTALIS



DVCATVS GELDRIC PARS
DVCATVS BRABAN TIAE

DE ZVYDER ZEE



WINDS AND DIRECTIONS:
WINDS: Noord, Noord-Oost, Oost, Zuid-Oost, Zuid, Zuid-West, West, Noord-West
DIRECTIONS: Noord, Oost, Zuid, West

OCE ANI GERMANICI

HOLLANDIAE ANTIQVORVM CATHORVM SEDIS NOVA DESCRIP TIO, AVCTORE IACO BO A DAVENTRIA.

PARS

OCCIDENS



F R I S I A.

FRISIOS antiquissimam gentem circa Rheni ostia ad Oceanum olim habitasse, vbi hodie etiamnum sedem retinent, ex antiquorum monumentis liquidò constat. Ptolemæus namque eos supra Busactores inter Vidrum & Amasium flumina describit. Tacitus qui eos clarum nomen inter Germanos habere, & ad Oceanum Rheno prætexi ait, in Maiores & Minores distinguit, ex modo virium. immensos lacus à Romanis classibus nauigatos, eos ambire dicit. Idem Transrhenanos quosdam Frisios nominat: quos Romanorum magis auaritiæ quàm obsequij impatientes fuisse addit. Hos Transrhenanos à Clodio Albino imperatore fusos, tradit in huius vita, Iulius Capitolinus. Frisiorum insulas, in ipso Rheno, habet Plinius; & Frisiabones populos inter Helium & Fleuum Rheni ostia. Idem alios Frisiabones nominat in Gallia; sed huc minimè pertinentes.

Manifestum est itaque Frisios Amisium fluuium antiquitus non transiisse. Hodie verò eorum nomen latius Orientem versus extenditur; ad Visurgim amnem ferè. atqui hi apud veteres Geographos sub Chaucorum nomine designari, extra controuersiam est. Sed & vltèrius, in ipsa Dania, in Dietmarsia regiunculæ finibus, sunt quos vulgò **Strandt vriesen**, quasi littorales Frisios dicas, indigetant. hi Sigulones fortè Ptolemæi erunt. Frisiam Eydoresensem ab amne vicino, item Frisiam minorem, nominant hanc Saxo Grammaticus, & Albertus Crantzius, qui eam Frisiorum sobolem facit.


Frisiorum oppida tria ponit Ptolemæus, Manarmanis, Phleum, & Siatutanda: apud Tacitum Fleuum castellum (idem fortè cum dicto Phleum) est: & Cruptoricis stipendiarij villa. item Baduhennæ lucus: in quo nongentos Romanorum confectos, & aliam quadringentorum manû, postquam proditio metuebatur, mutuis ictibus procubuisse queritur. Idem Herculis columnas apud eosdem superesse testatur. Gentis magnanimitatem & de se virtutis fiduciam, ex Verriti & Malorigis eorum principum historia clara est. hi enim (Tacitum audi) profecti Romam, dum aliis curis intentum Neronem opperiantur, inter ea quæ Barbaris ostentantur, intrauere Pompeij Theatrum, quo magnitudinem viserent. Illic per otium (neque enim ludicris ignari oblectabantur) dum confessum caueæ, discrimina ordinum, quis eques, vbi Senatus percunctantur, aduertere quosdã cultu externo in sedibus Senatorum: & quinam forent rogitantes, postquam audiuerant, earum gentium legatis id honoris datum, quæ virtute & amicitia Romana præcellerent, **N VILLOS MORTALIVM ARMIS AVT FIDE ANTE GERMANOS ESSE**, exclamant: digrediunturque & inter patres confidunt. quod comiter à visentibus exceptum, quasi impetus antiqui, & bona æmulatio. Nero ciuitate Romana ambos donauit.

Plinius apud Frisios herbam Britannicam (sic vocatam) nasci scribit; folia habentem oblonga nigra, radicem nigram. succus eius exprimitur & ex radice. Florem vibones vocant: qui collectus prius quàm tonitrua audiantur, & deuoratus, securos in totum reddit. hæc herba non neruis modò, & oris malis salutaris, sed contra anginas quoque & serpentes. an hæc herba hodie etiamnum cognita sit, & quo nomine, ex rei herbariæ peritioribus doceri cupio.

An huius loci indigenæ sint hi populi, an fortasse à Phrygibus Asiaticis originem & nomen, vt plurimi volunt, traxerint, aut ab aliis, (Phrygos enim Strabo etiam in Illyrico, circa Ceraunios montes, nouit;) doctioribus discutiendum relinquo. Apud mediæ ætatis scriptores, Gallicos in primis, Frisones video appellari, à *Frisons* nimirum vocabulo, quo Gallicum vulgus eos appellare consuevit. Nomen antiquum hæctenus retinent. **friesen** enim vernacula lingua & à se, & ab omnibus Germanis vocantur.

Ad Christianam religionem conuersi fuere à D. Bonifacio Archiepiscopo Moguntinensi; sub Zacharia Pontifice Romano. extat historia de Rabodo Frisiorum duce, qui cū aqua lustrali in Christianorum cœtum inaugurandus esset, rogabat, quò locorum aui & proai eius concessissent, & intelligeret eos omnes cum cacodæmonibus in malam rem abiisse; pedem retraxit, dicens se velle cum maioribus suis esse. An ab hoc Rabodo nomen vernaculum **Raboudt** deriuatum: quo vulgò hominem nequam & perditum notamus.

OCEANI GERMANICI PARTS.



Ost ende West
Vriesslandts beschryvinghe.
VTRIVSQUE
FRISIORVM RE-
GIONIS NOVISS:
DESCRIPTIO.
1608.





FRISI A OCCIDENTALIS.

FRISSI hodie diuiduntur Amisia fluuio in Occidentales & Orientales. Occidentalis Frisia, quam hic ob oculos ponimus, Frisiae nomen quasi proprium sibi antiquissimo iure vindicat, semperque praestantior fuit habita. olim enim regio diademate claruit, ad Caroli Magni usque tempora. A cuius obitu variis hic tractus agitatus fuit molestiis; tamen & ante quoque eiusdem tempora durissimum Danorum ac Norvegianorum senserit imperium. quin ipsius Oceanus perpetuus huic terrae infestissimus hostis, eam non segniter inundando, alluendo, lacerandoque exercuit, nec dum indutias agens. Denique ab episcopis Traiectensibus, Hollandiaeque Comitibus grauius olim afflictos Frisios, nemini obscurum esse puto. sed tandem sub Carolo V. Caesare, principe vere pacifico, tandem halcyonios dies est adeptus. Diuidunt eam hodie in Westergoam, Oestergoam, & Septem-siluas. quae rursus distinguuntur in viginti nouem Gretanias (ut ipsi patria lingua vocant) seu Sedes iudiciales. Describitur quoque in hac tabula Groeningensis inclitae urbis territorium. item tractus quem Ommelandiam vocant. his Transisalana, cum Drenta Tuentaque iungitur, regiones pingui gleba exuberantes, ac pagis & aedificiis excellentissimae, pecorumque lato prouentu gaudentes.

Urbes huius Frisiae sunt numero tredecim, GROENINGA, Rodolphi Agricolae natalibus clara; DAMMA; LEVWARDUM, cum arce; hic totius regionis Curia siue Senatus supremus, & Cancellaria, ut vulgo dicitur. DOCCUM, Gemmae Frisij celeberrimi mathematici patria: FRANICHER, nobilium huius regionis recessus & domicilium; BOLSVARDUM; SNEECHA, vnde Ioachimus Hopperus vir literis & dignitate celebris, oriundus; ILSTA; SLOTEN; HARLINGA, ad Sinum maris Germanici, quem Suyderzee vocant, portum habet, quem valida arx ab omni hostili insultu defendit. VVORCHUM, & HINDELOPEN, ad eundem Sinum apparent: vltimo STAVERA est, urbs quondam potens, hodie vero Oceani inundationibus toties damnata, non ita florens. Sunt praeterea in ea quadringenti & nonaginta pagi, quorum nonnulli priuilegiis dotati, colonis & diuitiis affluunt: & magnus numerus monasteriorum, adeo ut modo splendore opidorum, agrorum cultura, coenobiorum claritate nulli cedant. Quod vero in hac regione praeter sola nobilitate claros, quorum aedes & praedia hic cernantur, nulli reperiantur Barones vel liberi domini, id partim accidit ob calamitates praedictas, partim quod olim sola sua libertate contenti, externorum principum aulas non sunt sectati.

Pet. Oliuarius ait in suis annotationibus in Melam, vbi loquitur de Occidentali Frisia, se numquam vidisse regionem tam angustam tot habere Parochias: Fuerunt (inquit) nonnulli, qui causam tot templorum hanc afferunt: narrant contentionem olim inter Nobiles illius tractus de loco in illis templis ortam, nam omnes volebant habere primum locum, & cum haec contentio indies increbesceret, decreuerunt qui poterant, in suis pagis proprias erigere Parochias: & sic quisque primum sibi locum propria sua sede capiebat: atque hinc tot templa. Haec ille. apud quem plura. Vide quoque Saxoniam Alb. Crantzij. Sed qui ampliore huius Regionis cognitionem desiderat legat Ludouici Guicciardini descriptionem Germaniae inferioris. Aelsius Edouardus Leon Frisius hanc regionem descripsit quoque Heroico carmine, ad D. Viglium Zvichemum.





FRISIA ORIENTALIS.

FRISIOS olim hunc tractum non inhabitasse, sed Cauchos, in confesso est. Horum meminit præter Strabonem, Dionem, Suetonium, Paterculum, Æl. Spartianum, Ptolemæus: qui eos in Maiores & Minores distinguit. ut quoque Plinius. Maiores Ptolemæus inter Visurgim & Albim collocat: Minores inter Amasium & Visurgim: ubi hodie hi Frisij quos Orientales vocamus, habitant. De Cauchis hæc Plinius libro decimo sexto, capite primo. Sunt verò in Septentrione visæ nobis Cauchorum, qui Maiores Minoresq; appellantur. Vasto ibi meatu, bis dierum noctiumq; singularum intervallis, effusius in immensum agitur Oceanus, æternam operiens rerum naturæ controuersiam: dubiumq; terræ sit, an in parte maris. Illic misera gens tumulos obtinet altos, aut tribunalia structa manibus ad experimenta altissimi ætus, casis ita impositis: nauigantibus similes, cum integat aquæ circumdatæ: naufragis verò, cum recesserint: fugietesq; cum mari pisces circa tuguria venantur. Non pecudem his habere, non lacte ali, ut finitimis, ne cum feris quidem dimicare contingit, omni procul abacto frutice. Vlua & palustri iunco funes nectunt ad prætexenda piscibus retia: captumque manibus lutum ventis magis, quam sole siccantes, terra cibos, & rigentia Septentrione viscera sua vrunt. Potus iis non nisi ex imbre seruato serobibus in vestibulo domus. Et hæc gentes, si vincantur hodie à populo Romano, seruire se dicunt. Ita est profecto, multis fortuna parcat in pœnâ. Hæc de his Plinius; qui eos libertatem, Romanorum tyrannidi præferre admiratur, aut inuidet potius. Non enim vsque adeò mirandum videtur liberam gentem ante omnia libertatem suam tueri. quam ita præclaram dicit is Plini, quem tu ipse extra omnem ingenij aleam positum prædicas, ut ne mortem quidem in ea repetenda fugiendam suadeat, eamque non solum ab hominibus, verum etiam à bestiis expeti, atque omnibus rebus anteponi merito perhibet.

Hęc regio quondam in multas Satrapias fuit diuisa, quæ singulæ à singulis principibus administrabantur, ad Frederici III. Imperatoris tempora vsque; qui quendam nomine Ulrichum toti huic regioni præfecit, eumq; Comitatus titulo insigniuit. Anno nempe post Virginis partum millesimo, quadringentesimo & sexagesimo quinto.

Solum huius tractus rerum necessariarum adeò diues est, ut vicinarum regionum operi minus indigere videatur. imò multis vsq; adeò abundat, ut equis, bobus, pecoribus, carnibus porcinis, lanis, butyro, caseo, hordeo, auena, frumento, fabis & pisces, item sale, ut eorum quotannis magnam copiam cum aliis longè distantibus locis cõmunicent. Duas tantum habet hic Comitatus vrbes muro cinctas, quæ sunt Emdena & Aurichum. quarum Emdena ad Amasij fluminis ostium sita totius regionis emporium est, frequentatione negotiatorum celebre cum primis & illustre. facit hoc portus commoditas, qui vsque in ipsam vrbe tantam altitudine se insinuat, ut in vrbe interiora naues variis mercibus onustas velis minimè deductis intromittat. Huius vrbe ornamenta sunt Principis regionis ædes sumptuosæ, templum magnificum, domus prætoria, & ciuium domus admodum elegantes. Aurichum ferè à nobilibus habitatur, ob siluas & nemora quæ huic ferè ab omni parte imminet. in quibus se venationibus & aucupio oblectant. Arces præterea, villæ, & prædia non pauca. Pagorum tantus est numerus, ut alter alterum interdum contingat. horum maxima pars cum ædiu platearum splendore, tum incolarum, tam indigenarum quàm peregrinorum frequentia adeò excellunt, ut cum multis Germaniæ urbibus de dignitate certare possent.

Gens aut mercaturam exercet, aut mechanico aliquo artificio ætatè terit, vel agricultura quæstum facit. cum vicinis aduenisq; Germanica vtitur lingua, inter se autè peculiari & genuina à peregrinis minimè intellecta. Vestitus honestus; etiam rusticorum: ita ut ex vestitu eos pro opidanis quis duceret. Feminæ sexus habitu multum ab aliis differente gaudet. Totam capitis comam in vnum cirrum componunt, eumq; multis argenteis deauratisq; sphaerulis vel nodulis ornatum, in tergum dependere sinunt. Caput ipsum in æstate reticulo ex rubri coloris serico contexto, argentoq; deornato redimunt. hieme autem capitiu ex panno viridi induunt, quo totum caput adeò cooperiunt, ut oculos tantum aspiciendos præbeant. *Hatte* vocant hoc genus vestimenti. Palla siue vestis exterior, quæ à capite ad talos vsque plurimis minutisq; plicis striata est, argenteis deauratisq; laminis tam frequentibus. vndecumq; rigescit, ut exuta, etiã erecta consistat. hæc constat ex rubro, interdum quoq; ex viridis coloris panno.

Sunt in hac Orientali Frisia Comitatus alij duo, alter Esens, alter Ieueren, à primariis eorum opidis sic vocati.

1579
FRISIAE ORIENTALIS

FRISIAE ORIENTALIS DESCRIPTION



Cum privilegio Imp. et Reg. M^o del. decembris. 1579.

Iuss. Florianus agraph.



D A N I A.

DANIAE descriptionem ex Saxone Grammatico hanc accipe : Dania mediis pelagi fluctibus intercisâ, paucas solidi continuique tractus partes habet, quas tanta vndarum interruptio pro varia freti reflexioris obliquitate discriminat. Ex his IUTIA granditatis inchoamenti que ratione Danici regni principium tenet, quæ sicut positione prior, ita situ porrectior, Theutoniæ finibus admouetur. A cuius complexu fluminis Eydori interriuatione discreta, cum aliquanto latitudinis excremento, Septentrionem versus in Norici freti littus excurrit. In hac sinus, qui Lymicus appellatur, ita piscibus frequens extitit, vt non minus alimentorum indigenis, quam ager omnis exoluere videatur. Huic etiam FRESIA minor adiacet, quæ à Iutiæ prominentia subsidentium camporum ac gremij deuexioris inclinata recessu, maximos frugum prouentus beneficio Oceani inundantis assequitur. Cuius reflexionis vis, plus utilitatis an periculi incolis afferat, ambiguum extat. Siquidem tempestatis magnitudine perruptis æstuariis, quibus apud eos maritimi fluctus intercipi solent, tanta aruis vndarum moles incedere consuevit, vt interdum non solum agrorum culta, verum etiam homines cum penatibus obruat. Post Iutiam, insula ad Orientem versus FIONIA reperitur, quam à continenti angusti admodum æquoris interiectus abrumpit. Hæc sicut ab Occasu Iutiæ, ita ab Ortu Sialandiam prospectat, conspicua necessariorum rerum vbertate laudanda : quæ amœnitate cunctas nostræ Regionis Prouincias antecedens, medium Daniæ locum obtinere putatur, ab extremæ remotionis limite pari spatiorum intercapedine disparata. Ab huius Ortiuo latere, Occasuum Scaniæ media pelagi disciscit interruptio, optimam prædæ magnitudinem quotannis piscantium retibus adigere soliti. Tanta siquidem sinus omnis piscium frequentia repleri consuevit, vt interdum impacta nauigia vix remigij conamen eripiat : nec iam præda artis instrumento, sed simplici manus officio capiatur. Cæterum Hallandia ac Blekingia ab integritate Scaniæ, ceu rami duplices ex vnius arboris stipite promeantes, Gothiæ, Norugiæque longè declinationis spatiis diuersisque recessuum interstitiis adnectuntur. Hactenus Saxo Grammaticus. Vide etiam Albertum Crantzium ; & Sebastianum Munsterum.

Daniæ regi obediunt Norwegia regnum, & Gotlandia insula. Item (si Marco Iordano creditur in sua Daniæ tabula) insulæ Gronlandia, Islandia, Hetlandia, Feroa, & Orcades. Sed Orcades ad Scotiæ regnum sub Ducatus titulo pertinere, supra diximus. Gotlandiam quoque insulam regi Sueciæ parère Olaus auctor est, sed falsò, vt mihi persuadetur.

GOTHIA insula agrum habet armento, equis, & bobus aptum : multa ibi venatio, & piscatio : pulcherrimo marmore, & omnibus rebus humano vsui necessariis ditus est. In ea est Visbui præclarum oppidum ; olim emporium si quod aliud Europæ celeberrimum. Exstant etiamnum ruinae marmoreæ, testantes veterem claritatem : hodie adhuc Cœnobio Benedicti ordinis insigne : in quo est bibliotheca circiter duum millium & auctorum & codicum veterum. hæc Olaus Magnus, & Iacobus Zieglerus.

O L D E N B V R G V M.

HABET hæc regio nomen ab vrbe primaria Oldenburg. Albertus Crantzius in sua Metropoli ³⁴ cap. 55 scribit hunc Comitatum esse ex omnium vetustissimis : Vvedekindum enim Saxoniarum Ducem (qui vixit Caroli Magni tempore) inter huius Comites nominat : lib. 2. cap. 30. Irenicus tradit urbem à Carolo instauratam, Ecclesiâque illic in honorem S. Iohannis Baptistæ dedicatam, consecratamque, ab Adalgargo episcopo. In eo autem eum errare puto, quòd hanc ciuitatem inter Vandalicas numerat, iuxtaque mare eam describat. Hæc namque alia est ab illa, in VVagria nempe, Holsatiæ regione. Hanc VVandali Stargard, Dani Brannesiæ, quique pro suæ linguæ proprietate vocauerunt, vt idem Crantzius asserit. Auctor huius tabulæ putat Ambrones, (quos quondam cum Cimbris in Italiam profectos, & à C. Mario caesos, tradit Plutarchus) hinc originem habuisse, eorumque nomen adhuc extare apud gentem quam Amerlander appellant. Idem de Alanis Saxonibus sentit, quos ad stagnum Alanum, in hoc tractu, & ab vtraque parte fluminis Alanæ vsque ad arcem Oriam habitasse credit, hodieque Lengener, vt puta Alani, & Auertlenger, quasi Vltralanos vocari. De Comitibus huius regionis quædam habet Andreas Hoppenrodus, in suo Stemmatum libro.

CORNELI
VS ANTONIA
DES DESCRIP
SIT.

Cum Privilegio

DE DENEMARCKEN

DANIAE REGNI TYPVS.

GERMANIAE PARS.

Scala Milliariorum Danicor.

MERIDIES.



Septemtrio

OLDENBURG COMIT.



THE T. M. A. R. S. I. A.

Q. D. I. N. B. A. K. A. O.



THIETMARIA.

MARSORVM, qui à Marso originem trahunt, meminit Strabo; eosque ante multa sæcula ex locis Rheno finitimis, in profundam atque palustrem regionem migrasse memorat. Horum posteri Theutomarsi, siue, vt vulgò pronuntiant, Thietmarsi, ante cccc. annos, antiquiss. Stadiensium familiæ paruerunt, quorum multos fraude oppresserunt; seque in libertatem, eiecta omni Nobilitate, vindicarunt. Vicit eos Henricus Leo Saxonæ Dux. Sed eo ab Imperatore Friderico proscripto, rex Daniæ Waldemarum terram occupauit, cumq. Thietmarorum opera contra Adolphum Holsatiæ Comitem, & Lubecenses videretur, defecerunt ad hostes, à quibus Rex apud pagum Bornhouet profligatus fuit. Ita denuò libertati restituti, ne Anarchi viderentur, Archiepiscopum Bremensem Principem professi sunt; sed nec tributa soluerunt, nec iussis ipsius vnquam paruere. Sæpè ab Holsatis tentati, semper eos repulerunt. Imperator Fridericus III. terram Ducatus titulo contulit regi Daniæ Christiano primo: cuius filius Ioannes, cum anno M. D. ipsis bellum inferret, omnibus suis copiis cæsis, vix cum paucis fuga elapsus est, amissa maxima parte Holsatiæ nobilitatis. Ab eo tempore insolentiores victoria facti, plurimum negotij Holsaticis Principibus fecerunt. Adolphus filius regis Daniæ Friderici, hæres regni Noruegiæ, Dux Slesuici & Holsatiæ, indignè ferens illorum petulantiam, anno M. D. LIX. milites conscribit, cui rex Daniæ Fridericus III. & Ioannes frater, socia arma iungunt. Collectis omnibus copiis, capitur Meldorpium, cum tota parte australi. Deinde interiectis paucis diebus, per vallum Tilenbrugge copiæ ducuntur: quibus Thietmarsi ex Hemmingstadio ante oppidum Heydam obuiam proficiscuntur, expulsuri pugna milites ex itinere defatigatos: sed aliquoties repulsi, præliumque renouantes, demùm cæduntur, fuganturque, & oppidum incenditur. Cæsa sunt eo die Thietmarorum tria millia. Dux Adolphus, cum militibus continendis, qui se iam in fugam coniecerant, strenuè operam nauaret, vulnus accepit. Fuit is dies XII. Iunij. Hac clade accepta, Thietmarsi regi & Principibus supplices facti, veniæque impetrata, in gratiam redierunt: atque ita Thietmaria, quæ per multa sæcula libertatem suam armis tutata est, Holsatiæ Principibus paret. Hæc auctor in sua tabula, quam hic nostro operi inseruimus. Sed lege Saxoniam Alberti Crantzij. Prodiit etiam nuper libellus quidam anonymus Basileæ, ex officina Samuelis Regij, in quo hoc bellum, & alia quæ ad cognitionem huius tractus non parum conducunt, describuntur.

WANDALICAE INSULÆ.

POMERANIÆ sunt tres insulæ, Rugia, Vsdamia, & VVollinia, tribus emporijs celebres, Vineta, Arcona & Iulina. VINETAM celebre Vsdamiæ emporiû Conradus II. Cæsar, Salignus cognomine, auxilio Canuti Danorum regis anno post natum CHRISTVM 1036. destruxit; cum per annos ducentos quinquaginta florisset: quòd Christianos ibidem mercaturam exercentes indignis modis tractarunt. Non autem fuit sita, vt Crantzij affirmit, iuxta ostia Diuenouij vel ad orientalem exonerationem lacus recentis. Inde enim distat versus occasum per septem miliaria, duobus miliaribus ab insigni castro VVolgasto versus ortum. Hodie rudera conspiciuntur in mari triginta stadijs à littore vel à casis piscatorijs in Damerow. Tantæ magnitudinis qualis Lubeca existimatur. Circa finem hyemis, glacies ex vicinis locis marinis in illis ruderibus cumulatur & conspicitur nonnunquam instar castri. In qua phocæ, sobolem edunt, & enutriunt, æstiuo tempore mari Baltico tranquillo in silicibus magnis, & ex aqua eminentibus Phocæ quiescunt. Quæ multum detrimenti adferunt piscatoribus vicinis: quòd esoces & alios pisces hamo captos vorant.

ARCONA, Quæ hodie à nautis vulgò Ormunde dicitur. Fuit in peninsula Rugiæ VVitow, vel VVitumunde, vt Bataui appellat, propter littus altum cretaceû. diuiditur hæc insula in multas insulas & peninsulas: habet viginti octo ecclesias. Destruitur Arcona à Waldemaro rege Daniæ, anno 1168. Rugia produxit olim Otocarum Regem Romanorum, & totius Italiæ atque alios præclaros duces belli, ex historijs celebratos, & congestos per Franciscum Irenæum. Nostro tempore protulit doctos nobiles, qui Regibus & principibus fuerunt à consilijs.

IULINENSES postremò floruerunt. Qui Swenonem primum huius nominis Regem Daniæ ter in nauali prælio ceperunt: qui ter ex illorum captiuitate liberatus est. Situm fuit Iulinum in eo loco & vicinia vbi hodie oppidum VVollinum est: sicut monumenta in vicinis locis testantur. Anno post natum CHRISTVM 1124. Diuus Otto Episcopus Bambergensis, Pomeranorum Apostolus, in hoc emporio baptizauit homines 22000. Hoc loco à principibus Pomeraniæ constituitur primò sedes Episcopalis, & hic Albertus primus Episcopus Pomeraniæ locum tenuit. Iulinenses autem relabuntur ad Idolum Trigilaff CHRISTO valedicentes: propterea ciuitas igni cælesti perijt. VValdemarum etiam statim post conflagrationem, biennio post destructâ Arconam, Iulinum funditus deleuit. Est hodie Gristoa insula in conspectu Reipub. Caminensis, in qua Dani, quòd tunc in obsidione habuerunt pecora. Hæc è Colberga ad me, D. Petrus Edlingus. Vide Saxonem, Helmoldum, & Crantzium.







VVESTPHALIA.

HÆc regio inter Visurgim & Rhenum fluuios posita, extendit se versus Meridiem Hassiam ferè vsque; latus suum Septentrionale autem cum Frisiis coniungit. Fluuij qui eam irrigant sunt, præter alios ignobiles, Amasis & Lupias. Regio est satis frugifera, sed earum rerum quæ magis alendis gregibus quàm hominibus conducunt. Arborum fructus generat varios, vt sunt poma & nuces, item glandes, quibus saginantur porci, his enim in primis abundat, & horum pernas fumo exsiccatas longè lateque apud exteros distrahunt: nomen enim inter cupedias mensarumque delicias meretur pernae Westphalicæ, vt vocant. Has etiam crudas edere, incolis non insuaue est. Fertior est circa Sufatum & Hammonem; & fertilissima in ditioe Paderbornensi ac Lippiensi. Compascua est Monasteriensis diocesis, item is tractus qui alicubi Visurgim fluuium respicit. Nemorosa est per totam Surlandiam, & Bergensem Comitatum; metallis non caret in ditioe Coloniensi, & Comitatu Marchico. Gentem habet regio venustam, elegantis & proceræ staturæ, fortem robustamque corpore, & audacem mente. Militiam habet copiosam, promptamque ad arma, & mox paratam.

Comitatus & domus illustres quæ huic regioni ascribuntur, sunt ex Roleuingij sententia, Comitatus de Benthem, Teckelenborg, Marcka, Waldecka, Spigelberg, Dinflaken, Oldenburgum, Diepholdum, Raueburg, Limburg, Arnsburg, Ritburg, Lippe, Buren, Rekelinchusen, Ludinchusen, Steenuorde, Horstmaria, Borchlo, Brunckhorstum, Gemme, & Cappenberg: quibus addit Hamelmannus, Delmenhorst, Lingen, & Sterneberg. Populi sunt in hac regione Surlandi, atque ij in tractu Coloniensi, & Comitatu Marka: Bergenses, qui à montibus nomen habent, & subsunt duci Cliuensi: Emslandi, in ditioe Monasteriensi, accolæ Amasis fluuij versus Frisiam: Slachterlandi, atque hi in eadem ditioe, prope Cloppenburch: & Norlandi (quasi dicas Septentrionales) in tractu Osnaburgensi: item Delbruggij, in diocesi Paderbornensi.

Veræ Westphaliæ ciuitates primariæ sunt Monasterium, Dusseldorpium, Wesalia, Oldenburg, Osnaburgum, Minda, Heruordia; & minoris nominis, V Videnbrugge, & Coesueldt.

V Westphaliam, veterem & veram Saxoniam nonnulli vocant; putantque olim à Cheruscis populis inhabitatam, quorum principem fuisse Arminium illum à quo casum Quintilium Varum cum tribus legionibus, scribunt Tacitus & Velleius.


Hanc regionem descripsit peculiari opusculo Hermannus Hamelmannus, ex quo summariam hanc huius typi enarrationem contexui. is suos auctores nominat V Vernerum Roleuingium, Gobelinum, & alios minus claros, mihi hætenus incognitos. Studiosus lector potest his Crantzij Saxoniam adiungere. De hac regione hoc prouerbiū vulgo dicitur:

*Hospitium vile,
Granck broot, dun bier, langhe mile;*

*Sunt in V Westphalia;
Qui non vult credere, loop da.*

Qui olim Saxones, postea se Ostphalos et Westphalos dixerunt. Usurpatione fluminis assueti, Ostphalorum autem vocabulum in Saxonum demum evanuit. At Westphalia in hodiernum usque diem nomen retinet. Vetusque tanquam spurium resurgens.

Com. Ing. et Reg. An. 1579.



Christophorus Schrot. Scaev. descripti.
Com. P. 1579.

F



S A X O N I A.

ET si hæc tabula Saxoniam titulum præ se ferat, totam tamen Saxoniam non continet; nam vera & antiqua Saxonia olim comprehensa fuit inter Albim & Rhenum fluuios, secundum eius longitudinem; latitudo verò, à mari Germanico, & Eydora amnè usque ad Hassiam & Turingiam confinia pertingebat. Huius umbilicus & centrum ferè erat Brunsvicum. At hodie non ita naturalibus limitibus, uti sunt flumina aut montes; sed secundum Principum dominia aut imperia terminatur. Itaque hodie Saxonia duplex est, diuiditurque in Superiorem, & Inferiorem. Superior est, quæ hac tabula exhibetur; hæc titulo Ducatus ornatur: eiusque Dux vnus est ex illis Principibus qui Imperatorum electionibus præsent. Huius præcipua oppida sunt, V Vitteberga & Torga. De Saxonia eiusque antiquitatibus, extat integrum volumen Alberti Crantzij. Hamelmannus quoque libellum edidit, De Saxonum & Vestphalorum historiis. Item Vitichindus & Munsterus etiam legendi sunt ab his qui eorum situm & res gestas scire desiderant.

De Marchia Brandeburgica, Lusatia, & Voithlandia regionibus, quas hæc tabula quoque describit, hæc pauca accipe: Hæc **MARCHIA**, vna ex illis prouinciis quæ olim à Vandalis inhabitatæ fuerunt, diuiditur hodie in Veterem & Nouam: hanc perlabitur Odera fluuius, illam verò Albis. In veteri, primaria ciuitas est Brandeburgum, quæ regioni nomen dedit. Verus habet Frankofurtum, ad Oderam cognominatum, ad eius differentiam quod ad Mœnum fluuium situm est. Hic Gymnasium est; emporium quoque bis in anno nundinis clarum. Est & Berlinum, vbi Principis sedes. Hunc à Marchia marchionem vocant; is quoque ex Electoribus Principibus vnus est.

VOITHLANDIA regiuncula his Marchionibus obedit. Hanc Æneas Siluius Aduocatorum terram vocat, & Prætorianam, ex eius etymologia vocabulum fingens, cum **Uoyt** Germanicè Aduocatum seu Prætozem significat. Nomen ab eo sortita, quod quatuor olim Romani Imperij Prætoribus suberat. Huius celebriora oppida Gaspar Bruschius hoc modo apud Munsterum describit: Curia Regnitiana (vulgo Hoff) à præterfluentibus fluuiolis, ac in Salam ibi cadentibus dicta, ciuitas ampla ac populosa, magnifico S. Michaëlis templo, ac potentiss. monialium cœnobio, duobus item xenodochiis opulentiss. conspicua. Plauhenium, ciuitas & arx. Olsenitzium oppidum cum adiacente arcè Voytzbergensi. Reliqua oppida sunt; Adorffum, V Veidonium, pulchrum oppidum cum adiacentibus quibusdam cœnobiis, Milfurto & Corona alba, Gerouium, Scletzium, & quidquid est locortum inter Curiam & Cygneam ad Hellèstram amnem situm. Habet in sua vicinia celebrem illum montem quem Piniferum vocant, quatuor fluuiorum, ad quatuor mundi cardines mirabili Naturæ maiestate permanantium, Egræ videlicet, Mœni, Nabæ, & Sabæ. Marchiæ Brandeburgensis accuratam descriptionem V Wolfgangus Iobstius litteris mandauit.

LUSATIA duplex est, inferior, & superior: Saxoniam etiam tribuitur, Ritheimero teste. Inter Albim, Oderam, & Bohemiam montes interiacet. Fuit aliquando coniuucta cum Misnia: tandem Bohemi, qui regnum suum undique conabantur extendere, eam ad sese traxerunt. Incolarum ingenia, mores, & lingua, parum à Silesiis differunt: sed vnica ferè appellatio, & distincta Præfectura, facit discrimen. Ipsum vocabulum Lusatorum affine est voci Elyfiorum, vel Lygiorum, quorum sedes in illa vicinia fuisse certum est, inquit Ioachimus Cureus. Vrbs præcipua est Gorlitzia, deinde Sittauia, & aliæ. Nissa fluuius eam rigat. Misniæ & Thuringiæ enarrationem vide infrà propriis suis Tabulis, quas peculiare in hoc Theatro suo loco habent. Harum regionum typicam delineationem, ex tabula Geographica Ioannis Crigingeri, quæ Pragæ excusa est anno 1568. huic nostro operi inseruimus.



SAXONIAE,
MISNIAE, THVRINGIAE,
NOVA EXACTISSIMA QVE
DESCRIPTIO.

Oxyda nora
& Paga signifiat.
Metall' fodina.





M A N S F E L D I Æ C O M I T A T V S.

MANSVELDIA veteris Saxoniae portio, putatur nomen à Manno secundo Germanorum rege fortitum, cum Mansveldt nihil aliud sonet, quam si dicas Manni campus. quam etymologiam stabilire videtur Ascania, locus huic proximus, quem Ascenez Germanorum patris nomen referre nonnullis persuasum est. Est hic prope etiam Ascherleuben, quasi dicas Ascenez domum. Est quoque ibidem lacus ab Ascene denominatus. Habet hic tractus ab oriente Salam fluvium, territorium Archiepiscopatus Magdeburgensis, & Dioecesim Merseburgensem; Turingia illi à Meridie est, ab Occidente respicit Comitatum Svartzeburgensem, Stolbergensem, Item Sangerhusi, Anhaltiae, & Asseburgij Principatus. Adeò vt hi Comites à Mansvelt (qui etiam nobiles domini à Heldrungen vocantur) hos habeant Principes vicinos, Archiepiscopum Magdeburgensem, Episcopum Merseburgensem, Electorem Saxoniae, Landtgraviium Turingiae, Ducem Saxoniae, Episcopum Halberstadiensem, Principem Anhaltiae, Dominum Bernburgensem, Comitem Svartzeburgensem, & Stolbergensem, dominum à VVerther, & Dominum ab Asseburg.

Quando hæc regio, aut à quibus Comitatus titulo decorata sit, se nescire fatetur Andreas Hoppenrodus, in suo De Saxonum Principum genealogiis libro. Hic tamen, & cum eo Cyriacus Spangeberg, eius antiquitatem ex eo asserit, quod eius Comes Hegerus nomine, illius celeberrimi Arturij Britannorum regis coætaneus fuerit, atque vna cum ceteris huius regis Heroibus, Mensam quam vocant rotundam celebrauerit. vixit hic Arturius circa annum Christi 542. Quod si cuiquam hæc de Tabula rotunda historia nimis fabulosa videatur, extat nihilominus in Angliæ regni meditullio ferè, oppidum Mansvelt dictum, situm inter fluvium Trentam & Rotheram, non procul ab urbe Notingham.

Continet hic Comitatus in se quatuor alios Comitatus; Arnstet scilicet, VVipra, VVe-thin, & Quernfurt; hi olim proprios & peculiare habuerunt Comites, nunc verò præter Comitem à Mansveldt neminem agnoscunt. Est in hoc Comitatu quoque Palatinatus Saxonicus. Sunt alij præterea nonnulli Principatus, quos in tabula videre licet. Primariæ vrbes sunt, Mansveldt, Eysleben, VVypra, & Leimbach.

Regio est admodum metallifera. Fodiuntur hic Saxa fissilia illa, quæ vulgus *Scheyffersteyn* vocant, cuius generis vix alibi in toto terrarum Orbe reperiri scribit Munsterus. Sunt lapides illi cupro prægnantes, itaque vt igne adusti maceratiq; cuprum reddant, atque id non sine maxima argenti copia. Sed hoc mirandum Naturæ ludentis spectaculum est, quod idem scribit, esse nempe in hac regione amplissimum lacum, cuius piscium, ranarum, aliarumq; reptilium formas atque figuras adeò accurate in ipsis quoque his dictis saxis effigiatas atque à natura depictas cernimus, vt prima fronte illas dignoscere, atque singulas suis nominibus exprimere queas.

In lacu huius regionis, quem propter falsedinem *Gesaltzen* vocant, si retia piscatorum altius immittuntur, prorsus aduruntur: non se cus ac si flamma fuissent concremata. vt refert Seuerinus Gobelius, in sua Succini historia. Idem scribit prope Islebiam succini massam humani capitis magnitudine aliquando inuentam.

Promittit huius regionis commentaria Cyriacus Spangeberg, in quibus singulæ ciuitates, arces, pagi, montes, siluæ, flumina, lacus, fodinæ, &c. describentur; additis earundem antiquitatibus, originibus, & historiis.

MANSFEL
DIAE COMI
TATVS DE
SCRIPTIO.
auctore
Tillemanno Stella Sij





H A S S I A.

HA S S I A M regionem, quæ quondam Comitatus, hodie verò Lantgraviatus titulo ornatur, olim Catos inhabitasse, (etsi reclamet Crantzius, qui ex Cattis Saxones facit) omnibus ferè nostri sæculi scriptoribus persuasum est. Habet hæc regio Turingiam ab Oriente, à Meridie Franconiam; Westphaliam ab Occidente respicit; à Septentrione verò sunt illi Dux Brunsvicensis, Episcopusque Mindensis, aliique Principes vicini. Regio est rerum ad vitam degendam conducibilium ferax. Vinum autem non fert, nisi quæ Rhenum attingit. Marpurgum & Cassela vrbes in ea primariæ habentur. hæc principis sede ditescit, illa academia nobilitatem accipit. Sunt sub hoc Lantgraviatu plurimi alij Comitatus, vt Catzenelebogum, Zigenheimum, Nida, & Waldeck; quorum idem Lantgravius se dominum scribit. Quæ Helius Eobanus Hessus in carmine gratulatorio victoriæ Wirtembergis ad Philippum Lantgravium, pauca de huius regionis genio & situ, incolarumque moribus tradidit, corollarij loco subiicere placuit.

*Qualis Hyperboreum prospectans Thraca Booten
Gradui domus à Rhodopen, Hemumque niualem
Circumfusa iacet, gelidis assueta pruinis,
Gignit in arma viros duratos frigore, qui que
Aut Hebrum, Nessumque bibunt, aut Strymonis
vndas:*

*Talis & ipsa situ, talis regione locorum
Et fluuis, siluisque frequens, & montibus altis
Hassia: nature similes creat alma locorum
Ceu natos in bella viros, quibus omnis in armis
Vita placet: non vlla iuuat sine Marte, nec vllam
Esse putant vitam, quæ non assueuerit armis.
Quòd si tranquilla vertantur ad otia pacis,
Otia nulla terunt sine magno vana labore:
Aut duro patrios exercent vomere colles,*


*Aequatosque solo campos rimantur aratri
(Namque & planities segetum fecunda patentes
Explicat innumeras, & plena messe colonos
Ditat, & ipsa sibi satis est,) aut ardua silue
Lustra petunt, canibusque feras sectantur odoris,
Venatu genus assuetum, genus acre virorum,
Aut leges & iura ferunt, aut oppida condunt
Fortia, non solum bello munimina, verum
Quæ deceant in pace etiam, oblectentque quietos.
Quid sacros memorem fontes? quid amœna vireta?
Quid valles ipsis certantes frugiferacis
Vallibus Aemonia? dulces quid vbi que recessus
Musarum loca, confesu loca digna Dearum?
O patriæ gelidi fontes, ô flumina nota,
O valles, ô antra meis notissima Musis! &c.*

H O L S A T I A.

DE hac Holfatia, sic Crantzius cap. 27. lib. 5. Saxonix. Holfatia nomen suum habet mutuatum de lingua vernacula, quia terra nemorosa & saltibus occupata, ad differentiam vicinarum partium, quæ palustres & pascuæ sunt. Incolæ eius dicti sunt inter Saxones **Holtstater**; hoc est inter nemora siti: cum è diuerso palustres dicantur **Merlude**. Inde Holfati, Holfatia Latina nomina facta sunt: vt solèt Galli & Itali de suis quoque vernaculis vocabulis locupletate linguam Latinam. Terminos autem habet hæc terra ab Oriente Bilenam fluuium; ab Occidente Storam, à Meridie Albim; ab Aquilone verò Eidoram, qui limes est ab olim Danicæ nationis. A quo flumine Orientem versus genus habitabat olim Wandalarum, qui Wagrij dicebantur. vnde terra illa olim dicta est Wagria: ab vrbe veteri olim populosa, nunc raris habitatoribus vicus est, sine clausura, sine muro & vallis, ædibus palustri iunco, rutticis, in Ortum porrecta ad Travenam fluuium. Ea tamen huius regionis portio, quæ à Bilena ad Albim tenditur in Storam fluuium, Stormaria olim dicta, ab eo flumine, parum loci reliquit veteri Holfatiæ, à Stora ad Eidoram. Nam Thietmarsii populus palustribus locis habitans, liberum se asserit. Hæc de Holfatia suo tempore Crantzius. Ex quo apparet hanc Holfatiam in Thietmarsiam, Wagriam, & Stormariam diuisam. Idem Crantzius & alij, hos Holfatas quoque Transalbianos & Nordalbianos nuncupant, à situ nimirum, quòd trans Albim, aut Septentrionaliorem Albi fluminis partem incolunt.

Paulo aliter describit eam Auctor anonymus, qui de bello Thietmarsico libellum edidit. Is enim dicit Holfatiam omnem (vti nunc vocatur) continere Slesuicensem Ducatum, Wagriam, Stormariam, Thiermarsiam & Iutiam, minoresque aliquot regiones & insulas; vt Angliam, Suuaniam, & Cimbricam Chersonesum olim dictam fuisse. Sed hæc descriptio nimis generalis est. nam idem auctor statim subdit, Holfatiam specialiter iis quatuor fluminibus (quibus Crantzius coarctatur,) terminari. etsi Annonius monachus, vt ipse addit, loco Eidoræ, vallum illud quod incolis Denwerek dicitur, à Septentrione statuat. Atque hæc ea est Holfatia quam hac nostra tabula exhibemus. Cimbro pugnaces populos hunc tractum olim inhabitasse, classicis maximisque auctoribus constat.

In Wagria Crantzius numerat has vrbes: Aldenburgum, Lutkeburgum, Nieftadium, Todello, Zegeberg, Plone, &c. In Stormaria Hamburgum, Reinoldesborg, Niemunster, Irzeho, &c. Thietmarsia vrbes non habet. villis namque tantum & pagis habitatur. & de ea supra suo loco diximus.





T V R I N G I A.

HAEC Regio olim fuit Regnum, hodie Lantgraviatus titulo decoratur. Sita est inter duo flumina, Salam & Verram: habet Herciniam siluam (quam Hartz vocant) à Septentrione, & Turigensem (ut dicunt) saltum à Meridie. Longitudo regionis latitudini par, duodecim miliarium. In hoc tam exiguo spatio, ut mihi aliquando retulit Hugo Brinckhorstius Anglus, urbis Erfordiensis civis, sunt duodecim Comitatus, & totidem Abbacia, (quas Gefurstete Abtyien vocant) centum quadraginta quatuor civitates, & totidem opidula, (vulgò Mercktflecken;) bis mille pagi, & centum quinquaginta arces. Regio admodum fertilis, frumentoq; pra omnibus aliis Germania partibus (adeò ut Georgius Agricola eam Sumen Germania appellare non vereretur) fecunda. Magnus hic Isatidis herba (VVeedt hodie dicta) prouentus, quae hinc magno incolarum emolumento ad alias regiones transfertur. Lanarum insectoribus haec inseruit. Hunc tractum Sorabos olim inhabitasse ferunt. Reynerus Reyneck in suo de Mysnorum origine libro, hos Tyringetas quasi Tyringotas putat, indeq; eius urbem Gotham nomen sortitam fuisse non dubitat.

Metropolis huius regionis est Erfordia, quae maxima Germania vrbs censetur. Omnes ferè huius vrbs plateas limpidissimo & viuido torrente Gera irrigari, civium maximo commodo, spectauimus. In ea est tumulus cum Monasterio, cuius S. Benedicti, Diuo Petro dicato. In ea est quoque Beatae Mariae virginis templum, à Bonifacio Moguntinensi Episcopo constructum. Hoc templum habet campanam (ut barbaro vocabulo hodie Ecclesiastica tintinnabula area vocant) magnitudine in tota Germania celebrem.

M I S N I A.

HANC Regionem describit Ioannes Garzo Bononiensis, hoc modo: Haec ad Albim flumen posita est, ab ortu Solis haud longè absunt Vindali, à Meridie Bohemi, à Septentrione Saxones, ab Occasu Libonotria est: cui fines Sala & Muldauus amnes praescribunt: ultra Salam Thuringi fedes habent. In ea multae opulentissimae ciuitates, munitissimaque castella. Hanc olim Calucones, Danduti, Ptolemæo teste, inhabitauerunt. Libonotriam verò, Herthanæ, Eudosi, Varini, atque Suardones, tenuerunt, qui postea in vniuersum Serabi dicti fuerunt. Regio in omni frugum genere fecunda est, ut toti ferè circumiacenti regioni ad abundantiam sufficiat; huic non frumenti modò est magna copia, verum etiam vini, mellis, pecorisque. Haec ille.

Vrbs primaria huius est Misna, vnde nomen regioni: hanc Albis fluuius alluit, habetque arcem munitissimam. Dresden, vbi Principis sedes ad Albim quoque sita vrbs, vtraque fluuium ponte iungit. Torga, cereuisia quae ibi coquitur, & ab ea nomen habet, nobilis. Deinde Lipsia, Emporium iis locis ditissimum: ter in anno huc ad nundinas mercatores ex longè hinc distantibus locis confluunt; habet quoque Academiam haud negligendam, anno M. CCCC. VI. I. ibidem ex Praga Bohemiae (vbi Munsterus habet) translata. Opidum magnificis extructum domibus, æde Senatoria magnis impensis nuper restaurata conspicuum. Plebs laeta, humana, & comis. Sunt & opidula, Zeitz, Schreckenbergh, & Friberg, aurifodinis ditissima. Hermanduros hinc olim confedis-

Munsterus cum aliis auctor est. Gentis huius regionis originem, res gestas, migrationes, & imperia, doctissime nuper descripsit Reynerus Reyneckius Steinhemius, Germanica lingua.



TVRINGIAE
 NOVISS.
 DESCRIPT.
 per Johannem
 Mellinger Halens.

Scala miliarium Germanicorum





B V C H A V I A, V E L B V C H O N I A.

CONTINET hic Germaniæ tractus Fuldensem Abbatiam: de cuius origine & situ, hæc sunt in Cosmographico opere Seb. Munsteri: **F V L D A** metropolis est eius in Germania regione, quam olim Buchoniam, alii Buchaviæ siluam, seu solitudinem appellabant, à fago nimirum, vnde hodie Fagoniam hanc & Fagunetum dicimus. Equidem id nominis à fago obuenisse regiunculæ, vel huius opidum Fagus, quod vulgò Fag seu Fach vocant, attestatur: cui ciuitati Taurus mons præaltus affinis est. Ceterum regionis huius situs existit inter Thuringiam, Franconiam, Hassiam & VVederaugiam, cumque singulis harum regionum (ipso veluti in centro locata) fines iungit. Opidis, castris, villis, fluuiis, stagnis, nemoribus, agris, hortis, pratis, fontium bonitate, totius denique fundi fertilitate (vt harum quidem regionum asperiorum natura fert) haudquaquam aspernanda Germaniæ pars, etsi non vitifera. Habet fluuios Fuldam, (quæ præterlabens ciuitati nomen dedit) Hunam, Guerram, & Vlsteram. Omnis regio verò siluis cingitur, quercu fagoque ditissimis. Viculos ciuitati proximos plerosque Cellas cognominant, in argumentum veteris & feliciter exaugescentis Benedictini sodalitij. Præcipuum verò huius regionis decus atque ornamentum est peruetusta illa & planè augusta Basilica S. Saluatoris, quam longè celeberrimam memoria Diui Bonifacij reddidit, cuius auspicio Fuldana ciuitas primùm & condita & aucta, vasta antè solitudo. Basilica enim hæc antiquissimi monasterij, prior opido, constructa fuit anno ccccc l v, Imperatore Pipino Caroli magni patre. Vide plura apud dictum Munsterum. Multa quoque de huius Abbatiae origine, Abbatumque eius rebus gestis sunt in Chronographia Valentini Muntzeri, Germanicè edita. in quo tradit aream huius Fuldenfis ciuitatis antea **Eulentoeh** (quasi dicas noctuæ antrum) nominatã. & vbi nunc monasterium S. Petri visitur, olim **Eulenberg** (id est noctuæ mons) dictum.

W A L D E C C I A C O M I T A T V S.

COMITATVS hic Hassiæ portionem occupat, regionem agris fœcundam, variis fluminibus irriguam; quorum, quod maximè clarum est, Edera vocatur, piscosum valde: dicitur id flumen aureas quoque arenas ferre. est deinde Dimila amnis, item Tvvista, & Ahra, nec non Vrba & Ither. Terra est vini frumenti que ferax. effoditur quoque ex ea argentum, argentum viuum, æs, plumbum, sal, & alumen. Loca præcipua sunt VValdecia vrbs & arx, vnde regioni nomen. Astinchusa, Dudinchusa, Landauia vrbs cum arce, Mengerhusa vrbs quoque cum arce, Comitum hic hodie sedes: Rodenum vrbs & arx, in cuius territorio venationes sunt multæ: VVetterburgum arx, inter Tvvistam & Ahram amœnissimo situ: VVildunga vrbs, quæ nouo & veteri nomine & loco distincta est: iuxta quam fodinæ metallicæ, ex quibus magna vis auri, æris, & ferri quotidie eruitur. sunt & hic fontes acetosi. Coquitur hic etiam optima cereuisia, qua præstantiorem non habet hæc regio. Eisenburgum arx cuius ager vt VVildungæ aurum & ferrum suppeditat. quo effodiuntur quoque lapides quibus ignem focumque tanquam carbonibus fouent. Eilhusia arx, situ spectabilis: ab Vrba amne diuiditur: Corbachia vrbs munita: Neuburgum arx & opidum: Ither arx: & VVerba monasterium, &c.

HASSIAE PARS.

SAXONIAE PARS.



BVCHAVIAE,
sive
FULDENSIS
DITIONIS
TYPVS.
Wolfgango Regr.
will auctore.
1574.

FRANCO
NIAE DV
CATUS
PARS.

HANNAVIAE PARS.

Wertheim comitatus pars.



Scala miliarium Germanicorum Buchaviae.

1 2 3 4 5 6 7 8

SEPTEMTRIO.

Com. privilegio. C. 6.
R. 9. M. 10. decennali.

WALDECCENSIS COMITATUS
DESCRIPTIO ACCVRATISSIMA.

Padelbornensis
diocesis pars.

Coloniensis dioe
celis pars.

Defenberg.

Mallpurg.



Milliaria Germanica

Halsiae con

finia.

Inus. N. 1575

ME. RIDIES.

Lebenstein

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher.]

MO...
B... OF A...

FRANCONIA.

FRANCONIA partim plana est, & partim montosa: montes ipsi haud difficiles sunt, ager non admodum pinguis; nam plerumque arenosus est. Multis in locis confiti colles vineis, gratū producunt vinum; maximè verò apud Herbipolim (vulgò **Wirtzburg**) Multæ silvæ, & multa venatio est. Terra in multos partita est dominos, quamuis Episcopum Herbipolensem Ducem Franconiæ dicant. Maguntina Ecclesia & Bambergensis plurima obtinent loca. Palatinus quoque Comes haud parvam occupat partem. Marchiones Orantes in ea sunt. Multæ præterea ciuitates Imperiales apud Francones florent.

De Norimberga dubium est, Franconiæ an Boiariæ cedat; ipsum nomen indicat ad Boiarios urbem pertinere. Norimberga enim Noricum montem significat; ob quam rem patet Noricorum ciuitatem fuisse. Noricis autem Boiariæ successere: & nunc ea portio terræ Boiariæ, quæ inter Danubium & Norimbergam iacet, Noricum appellatur. Ciuitas tamen in Parœchia Bambergensi est, quæ ad Francones pertinet. Ipsi Norimbergenses nec Boiarios, nec Francones videri se volunt. Sed tertium quoddam separatam genus. Vrbs ea nobilis, magnificis operibus publicis ac priuatis ornata est. Amne Pegnitio interlabitur, in agro sterili & arenoso condita, atque ob eam rem industriofo populo: omnes enim aut opifices sunt, aut negotiatores: hinc multæ illis diuitiæ, & magnum in Germania nomen. Aptissima Imperatorum sedes, libera vrbs, & in medio fermè Germaniæ sita.

Inter Bambergam & Norimbergam Forchaim iacet, famosum niueo pane opidum. Incolæ patriam fuisse Pilati putant. Hæc hæctenus Pius I I. in Europæ suæ descriptione. Consule etiam Ioannem Aubanum, Hermannum Comitem Nuenariuu, Munsterum, Rithaymerum, Hunibaldum, Abb. Trithemium, & Ioannem Auentinum, qui eius urbem primariam VVirtzburgum, olim Pœoniam vocatam autumat.

MONASTERIENSIS EPISCOPATVS.

DE hoc Episcopatu hæc habet Sebastianus Munsterus in sua Cosmographia: **CAROLVS** Magnus tertiam Episcopalem Ecclesiam erexit in Mediterraneis Saxoniae, nunc VVestphaliæ in Myningrode, loco, qui postea ab insigni ibi fundato monasterio, Monasterium fuit denominatus; ordinauitque ibi Episcopum Ludgerum, natione Frisium. Cuius successor Hermannus dedicauit & consecratum monasterium & Ecclesiam trans aquas, in titulum & honorem Beatæ Mariæ virginis; quod monasterium breui ita creuit, adeoque factum est celebre, vt nomen dederit & ciuitati & Episcopo, ita vt paulatim abolito veteri Mingardeuordenfî vocabulo, inceperit dici ciuitas & Ecclesia Monasteriensis, quod nomen præualuit in hodiernum vsq. diem. Hæctenus ex Crantzio Munsterus. Vide de hoc Episcopatu, & Osnabrugensi, Saxoniam Alb. Crantzij, & VVestphaliæ commentaria Hamelmanni.

Hæc vrbs maximam anno 1533. cladem ab Anabaptistis accepit, qui eam ciuibus expulsis inuaserunt, Regeq. ex eorum colluue creato, eam contra eius Episcopum, Archiepiscopum Coloniensem, & Ducem Cliuensem, qui illam valido exercitu obsederant, per annum quasi tenuerunt: Sed Episcopus tandem cum suis superior factus, supplicium de illis, regeque illorum (vti meruerant) sumpsit.



FRANCIAE ORIENTALIS (VVLGO
FRANCKENLANT) DESCRIPTIO,
AVCTORE SEBAST. A ROTENHAN.

MONASTERIENSIS ET OSNABURGENSIS EPISCOPATUS DESCRIPTIO.

Auctore Godefrido Mas cop Emburg. 1708

FRISIA

COMITATUS OLDENBORCH

AMPT DVL MANHORST

GELDRICAE DVCA

TWENT

BENCOM

COM. TECKE BORCH

COMIT. RAVENSBERG

COM. DIEFHOLT

COM. RIBBORCH

COM. LYP

Berckel. flu.

COM.

VIAIT

Notarum explicatio.

- o Urbs.
- + Sedes Principis.
- ⊙ Urbs, cum Sedib. principis.
- Pagus.
- ~ Monasterium.
- v Praetorium, sive Villa.
- ⊕ Pagus, cum Praetorio.

DAT VESTH VAN RECHLICHVSEN

FLANDT VANDER MARCK

Magna Communia millitaria Parua



Cum privilegio



B O H E M I A.

IN Iohannis Dubrauij historia Bohemica, sic de hac regione habetur: In Germania sita est Boemia: ea fines ab ortu Solis ad Marcomannos & Quados, ab occasu ad Noricos protendit. Meridionalem eius plagam Pannonia superior, nunc Austria dicta, occupat, sicut Saxonia, & Misnia Septentrionalem. Vniuersam Hercynia silua perpetuo ambitu cingit, clauditque circum vndique ad Amphitheatri faciem. Vnde aqua ei ferè longitudo atque latitudo, atque vtraque paulò amplius ducentis millibus passuum extenditur. Carolus Boemiarum rex, qui deinde imperio etiam orbis præfuit, in regiones illam duodecim descripsit, quarum vni duntaxat vocabulum à flumine Vltavia, quod Pragam interfuit, indidit. Reliquas vndecim ab oppidis cognominauit, sed nonnulla eorum adè aspera prolatu habentur, vt nisi Boiemus sit, aut sermonis Boiemi, gnarus, agrè illa alio ore enuntiauerit. Inter oppida Boemiarum insigniora numerantur, Marcomanniam versus, quæ hodie Morauia appellatur, Mutha, Chrudima, Hradecium reginæ, Pardubicium, Lytomisium. Inde à limite Noricorum, quos Bauaros cognominant, Glatouia, Domazlicium, Misa, Tachouia eminent. Ab eo verò latere, quod ad Austriam spectat, locum primum obtinet Buduicium, Crumlouia, Trebonia, Hradecium Henrici: sicut à Misnia, Pons, Cadana, Chomutouia, Austia. Nam Quadis, nunc Slesitis, Hiaromirium, Glacium, Curia, & quædam alia oppida proximant. Intra versus porrò celebrantur, Cuthna, Colonia, Pelsina, Verona, Zatecium, Launa, Slana, Lytomerium, Taborium. Ceterum omnibus antestat Praga, tanta magnitudine vrbs, vt vna tres amplissimas vrbes complectatur, Veterem, Nouam, & tertiam, quam Paruam vocant, à duabus prioribus, flumine Vltavia disunctam. Ædificia in singulis, tam priuata quàm publica dignitatis plena, & magnificentia. Duas præterea possidet arcès, alteram Visegradum appellant, quondam regum sedes, nunc belorum ciuiliu iniuria, vasta, & pænè desolata. Contra, illa altera arx, quæ minorem Pragam despectat, quemadmodum dicitur, ita iure optimo haberi debet, Regia. Quippe, non arcis modò, sed vrbs potius speciem representare videtur, tantum videlicet loci, mœnibus, ædificiisque occupat. Palmam inter publica opera ferunt, templum & palatium, illud Caroli, cuius statim mentionem fecimus, hoc Vladislai regis, nuper vita functi, opus. Quantum autem inter vrbes Praga, tantum inter flumina Albis flumen (vt rectè Tacitus ait) inclytum & notum supereminet. Sed hoc idem Tacitus, de illo, parum exploratè, quod in Hermunduris oriri addidit. Non enim apud Hermunduros Albis, sed apud Boiemos oritur, in montibus, quos illi ipsi Boiemi Cereonessos appellant, Septentrioni obtentos, & Morauis vicinos. Ex quibus ille profluens, magnam Boemiarum partem, ac ferè meliorem irrigat, & postquam ceteros indigenas fluuios, nempe Vltauiam, Egram, Safauam, Giferam, Misam exhaustit, auctior aquis factus, inde ad Misnios & Saxones, postremò in Oceanum, nomine vbique suo euoluitur, Salmone pisce in primis fœcundus. At minores in Boemia fluuij, riuuli que, alicubi ramenta auri prouoluunt, alibi conchulas alunt, è quibus vniones eruuntur. Fontes autem calidi, aliquot in locis erumpentes, non modò lauandi voluptatem, sed auxilia etiam medendi hominibus afferunt. Porrò ipsum solum adè frugum ferax, & copiosum est, vt & has vicinis quoque regionibus largè suppeditet. Vina tamen parcius exhibet, & quæ nata ibi sunt, languidiora apparent, quàm vt ætatem bene ferre queant. Contra croco in Boemia sato, insunt cuncta, quæ in peregrino preciosa habentur, succus, color & odor. Iam illa rara, ac prorsus beata telluris dos, quòd ex venis eius tanta vbertate argentum affluit, vt nisi parum aliquid silicis ad eas venas se admisceret, nihil extra argentum haurires, cum alibi argentaria, valde dites esse perhibeantur, in quibus metalli, quarta sui aut quinta, vel cum felicissimè media parte argentea, inueniuntur. Quin aurum quoque ipsum vale statim, quale natiuæ venæ ferunt, in puteis effoditur, qui de loco Giloua, cognomen suum trahunt. Tenet fama, regibus Boemiarum sæpius inde allatas fuisse micas aureas, puti auri, quarum singule pondo denum librarum graues erant. Sed nec vilioribus metallis destituitur, nempe stanno, plumbo, ære, ferro. Ostentatque præterea carbunculum, calaim, amethystum, ex cotibus suis metallicis abruptum. Ceterum secundum metalla non alia res magis Boiemos, quàm piscinæ, quæ Cyprinos pisces alunt, locupletat, id quod aliàs ostendimus, edito De piscinis libello. Nunc mores incolarum reddentur. Igitur vt verba ad compendium conferam, tum morum, tum ipsius habitus, quem corpore Boiemi præ se ferunt, leo animalium generosissimus, cuius fideri Boiemi subiacent, quasi quandam imaginem exprimere videtur, si vel celsam Boiemorum proceritatem, vel latum & validum pectus, vel rigidam fuluisque comis vestitam ceruicem, si deinde vocis sonum arduum, si oculos micantes, si robur & fiduciam virium intueri volueris. Solet item leo contemptu in alia animantia, & nonnullo fastu turgere, a greque exarmari, præsertim si per ferociam eum aggrediare. Nec ab hac parte Boiemus degenerat, sed contemptum libenter erga alios verbo factoque ostentat suum, ipsamque adè arrogantiam incessu, gestu, pompa, prodit. Est & feroculus, cum fastidiosè tractatur, insuper ausis perinde vt leo promptus, atque in his exequendis firmus & validus, interim tamen ambitiosus & gloriosus. Rursusque vti leo, cibi avidus, atque in eo condiendo, instruendoque immodicè effusus, vicini præterea Saxones eundem docuerunt, nocturno certare mero, putere diurno. Sed neque in ceteris quoque moribus Boiemi longè à Germanis diuertunt, propter eandem vicinitatem. Hactenus Dubrauius, apud quem etiam gêtis origo, antiquaque sedes docentur. Cereuisia in hac regione optima, quam albam cognominant, coquitur. Sermo gentis Slauonicus est, se ipso Czechos, Germanos Niemeckos sua lingua vocat. Huius regni titulo quoque subsunt Morauia, Silesia, & Lusatia regiones. Egta etiam ciuitas anno 1315. Bohemorum hypotheca facta fuit. Vide de hac regione plura apud Æneam Siluium, de que eius populis lege quoque Marti Cromerum, libro primo historiarum Polonicarum. His adde si lubet Munsterum, Rithaimerum, Crantzium in descriptione Wandalarum, Sabellicum Æn. 10. lib. 2. Pragam huius regni urbem primariam peculiariter descripsit Georgius Handschius. Hanc typicam delineationem sumpsimus ex tabula Ioannis Crigingeri, Pragæ anno 1568. edita.

Regni huius urbium aliquot nomenclaturas ex Munstero hic adducere libuit. Omnes namque ciuitates huius regionis aliter ferè Bohemus, aliter Germanus pronunciant.

Bohemus.	Germanus.		Bohemus.	Germanus.	Bohemus.	Germanus.
Praga,	Prag.	} <i>hae ciuitates regi immediate subiectae sunt.</i>	Launij,	Laun.	Dub,	Arh.
Pilsen,	Pilsen.		Rokowinck,	Rakowinck.	Piela,	Witwasser.
Budisowiza,	Budwis.		Klatovy,	Stataw.	Gilowy,	Gilaw.
Kolin,	Coeln.		Berain,	Bern.	Krupka,	Graupen.
Cheb,	Eger.		Moft,	Bruck.	Loket,	Etbogen.
Strzibro,	Mits.		Hradetz,	Gietz.	Hantzburg,	Basenburg.
Hora,	Kuttenberg.		Auscij,	Aust.		
Tabor,	Taber.		Myto,	Maut.	Albisfl.	Germanis Etbe .Bohemis,
Zatez,	Satz.		Dvonor,	Hoff.		<i>Labe vocatur.</i>
Litomieritz,	Reitmiritz.		Laromiertz,	Jaromir.	Moltam fl.	Bohemi Vltawa appellant.



REGNI
BOHEMIAE
DESCRIPTIO.

latitudo, per totam, non recedens facies de terra
 in horum terminis acceptis, cuius diameter tri-
 tum quo ad Septentrionem plus vixit Silesia
 appellatur, unde facta est perceptio, ubi Silesia fluvius in
 Danubium, qui nuncius cum alio Danubio fluvio sub Albo fl. fl.
 percipit in terram eorum, qui vixit, profunditate amara usque
 sua usque Moravia cum fluvio vixit Bohemiam recipit.

Scala mi: harum.




S I L E S I A .

IOANNES Crato Imperatoriae Maiestatis Consiliarius & Medicus primarius, hæc nobis de hac sua patria, ex suis Silesiæ Commentariis collecta, in Geographiæ candidatorum gratiam communicavit.

De Silesiorum appellatione non esse tantoperè inquirendum, nec ab Elysiis vsque eam deducendam, facile existimare possunt ij qui regionem istam, quam nunc tenent, Quados incoluisse ex veterum scriptis perspectum habent. Idem autem Saxonibus & antiquis Germanis Quad, quod Polonica, seu Sclauonica lingua Silesium dicimus, significat. Fuit enim gens quæ ex variis locis in ista confluit, belli magis quàm pacis studiosa, plura destruens quàm exædificans, & Dominorum impatiens. Primus verò Rex, quem dominum habuit, Boleslaus Polonus fuit. Is natus est anno à Christo nato 967. matre Bohema, Ducis Wenceslai ex fratre nepte. Huic filius Mieslaus fuit, qui Rixam Comitissæ Erenfridi Palatini filiam, Imperatoris Othonis III. ex sorore Melchitide neptem, anno millesimo & primo in vxorem duxit; ac primus coronam regiam ab Othone III. accepit. Eo verò demortuo, cum Poloni per seditionem Imperatoris neptem atque filium Casimirum è regno eiecissent, Conradus Imperator Bohemo Silesiam cum conditione tributi numerandi adiudicauit. Is fuit Vuratislaus, qui haud dubiè Vuratislauriæ vrbi, quæ vulgò Breslau appellatur, nomen dedit. Sed de hoc nihil certi affirmari potest. Illud certum, rursus in potestate regum Polonorum deinceps Silesiam fuisse, quemadmodum paulò post ostendemus. Sunt qui à Principe Ligio eo loco vbi est Vuratislauria, urbem Budurgim Ptolemæo dictam, fuisse conditam asserunt, qua auctoritate, vel potius opinione ducti, nescio. Nam Mieslaum Poloniæ ducem, quem ab Othone III. Imperatore primum Regem creatum & anno à nato Christo 965. Christianismum amplexum, ædificasse in insula quam Odera efficit ædem sacram Ioanni Baptistæ ligneam anno 1048. Historiæ certæ testantur. Ex quo colligere licet, nihil tum temporis eximium fuisse Vuratislauriæ. Addo & hoc, quòd Gotefridus sacre illius ædis Præsul primus, homo Italus, Smogram pagum vrbi Vuratislauriæ prætulit, atque in eo scholam atque collegium suum habuit. Hoc ipso autem tempore aliarum urbium Silesiæ insignium, Lignicij, Glogouia, Lubenæ, &c. fundamenta iacta esse conijcitur, nam ex monumentis & Annalibus nihil certi ostendi potest, cum in tota Silesia omnium vetustissimæ literæ Friderici secundi Cæsaris, quæ anno millesimo ducentesimo scriptæ sunt, extent; reliquis vel incendiis, vel vastationibus, quæ immanes fuerunt, direptis atque perditis. Virtute autem Friderici Barbarossi, & Silesia pacata est, & inter filios Vladislai regis Poloniæ ita distributa, vt à regno Poloniæ non diuisa esse videretur. Sed cum Poloni Silesiam à Germanis compleri & Principum voluntatem ab eis minimè abhorrere animaduertent, neglectis Principibus, Silesio Vladislao Loctico, in primis Germanis infenso, honorem Regium detulerunt. Hæc res occasionem præbuit, vt se in fidem regis Bohemiæ Ioannis, qui Henrici septimi Imperatoris filius fuit, & ducta vxore filia Wenceslai regis Bohemiæ, regno potitus erat anno millesimo tricentesimo secundo, conferrent. Itaque ab hoc Iohanne Lucelburgio duodecim regibus Bohemia Silesiæ paruit, quorum sex Romani Cæsares fuerunt, vnus genere Bohemus, vnus Pannonius, quatuor ex familia Austriaca, duo Poloni, sed sanguine materno Austriaci. E Polonica autem stirpe remanserunt in Silesia principes hoc tempore superstites Lignicenses & Teschnicenses; Munsterbergenses enim è stirpe regis Bohemiæ Georgi originem ducunt. Ceterum Vuratislauria, quæ Metropolis Silesiæ est, cum anno millesimo tricentesimo quadragesimo primo tota conflagrasset, & in cinerem versa fuisset, ex lapide in eam formam ædificari cœpta est, vt hoc tempore perpauca urbibus Germaniæ, ordine, elegantia ædificiorum, amplitudine platearum, cedat. De aliis verò ornamentis verioribus Reipub. nihil attinet dicere, cum vniuersæ Germaniæ perspectum sit, vix in vlla regione tot scholas optimarum disciplinarum doctoribus instructas reperiri, & cultura ingeniorum excellere. Nobilitas quidem etsi agrorum culturæ & œconomix dedita est, ad bellicas tamen artes ita instructa, vt illorum fortitudine reliquias Pannoniæ defensas æqui rerum æstimatores numquam sint inficiaturi. Frumenti regio ferax est, ac rarus in ea locus qui non excolatur. Piscinis abundat. Odera fluius insignis ad Ortum & Septentrionem eam alluit, cum Sudetes ad Meridiem à Bohemia discernant. Sed situm monstrat tabula Chorographica. Scripserunt de ea Æneas Siluius, atque alij quidam rerum atque locorum ignari: Sed Laurentius Curuius, patria Nouoforensis, potuisset certiora in medium afferre, nisi ea ætas fatalibus quibusdam tenebris inuoluta fuisset. Hæc hæctenus Ioannes Crato.

Annales Silesiæ scripsit nuper Ioachimus Cureus, in quibus huius regionis, & eius urbium oppidorumque situm, antiquitatem, Reipublicæ administrationem, & res gestas tanta diligentia describit, vt eius absolutam historiam studiosus hinc petere posse videatur.





MORAVIA.

MORAVIAM sic describit Ioannes Dubravius in sua historia Bohemica: Moraviam veteres Marcomaniam vocabant, quia fines Germaniæ, qua Danubio in Pannoniam pergitur, terminabat. Quippe Germanis Marck, limes dicitur, atque inde Marcomanni limitum finiumque accolæ appellati. De quibus Arrianus in commemoratione Germaniæ: Earum gentium, inquit, postremi sunt Quadi ac Marcomanni, deinde Iazyges Sarmatarum gens, post Getas, deinde Sarmatarum magna pars. At in presentiarum quoniam circumscriptos Mora fluviio habet fines, ab eodem fluviio incolæ Moravi, & ipsa regio Moravia appellatur. Eam ut nunc se habet tribus à partibus iuga montium, aut silvæ saltusque, aut fluviij limitant ab Oriente ab Ungaris, ab Occidente à Boemis, à Septentrione à Slesitis. Nam à Meridie Austriam versus plana est, & alicubi Thaysa flumine, alibi riuo quodam ignobili ab ea dirimitur. Amnium in Moravia, princeps Mora habetur, qui Olomuzium principem civitatem circumfluit, & ab illa in Pannoniam defluens, in Danubio tandem se suis & adventitiis aquis auctus exonerat. Nam & Nigram, & Svitviam, qui Prunnam civitatem, dignitate proximam Olomuzio, dein Thaysam, qui Znoynam, obitu Sigismundi Cæsaris memorabilem, postea Iglan, qui Igliniam civitatem præterfluit, Mora recipit, ac Danubio mox reddit. Ceterum, Odera fluvius haud procul Olomuzio ortus, suo vocabulo vsque in Oceanum delabitur. Sunt qui illum à Ptolemæo Viadrum vocari autumant. Oderam vocant ab aucupibus vocabulo mutuato, qui speculas aibus specularandis captandisque constitutas, Odri appellant, hodieque huiusmodi speculæ in Moravia ad fontem Oderæ ab aucupibus constituantur. Sed tamen nec Hanam præterire libet, quamvis tenuibus interdum aquis fluentem, attamen eos agros rigantem, quibus non alij in Moravia à frumento fertiliores, ita ut frumentarij coloni à largo frumenti velut ubere, iure suo illos sumen Moraviæ appellant: in illis præterea sæpius quàm in alijs numismata M. Antonini, Commodique, & aliorum non nullorum Cæsarum, tam aurea quàm argentea exerantur. Quæ sanè fidem bellorum cum Marcomannis olim in Moravia gestorum manifestam faciunt.

Hoc verò iam mirabitur aliquis, ut est profectò admiratione dignum, inueniri in Moravia thus & myrrham, non ex arbore desudante ut alibi lectam, sed è solo terræ erutam, vno tantum in loco cui Gradisco nomen, in quo ad hunc diem thus non solum quod masculinum vocant à similitudine testium, sed quod alia præterea virorum mulierumque membra ostentat, effoditur. Nuper autem Venceslaus veterum Procerum familia, eorum qui à Quercu cognominantur, clarus, dum in agro suo Sterenbergensi fundamenta aggeri Piscinario molitur, corpus hominis integrum inuenit, quod nihil nisi myrrha erat, quam ille per amicos distributam, nostræ etiam tum priuati memor, nò plus media parte lacerti humani donauit, quo aliquoties pro suffitu vsi sumus.

Regionis positio quatenus interius patet, campestris, campi que sunt molli & pingui solo, ideoque segetibus valde idonei, sicut colles vinetis propter terram vineis magis quàm in Bohemia amicam, itaque & bonitate & vbertate vini antecellit. Culta verò tota, cultoribusque aded referta est, ut nullum gregibus armentorum, quæ nisi in solitudinibus commodè pasci nequeunt, locum reliquerit. De cetero, Moravi sermone, ritibus, moribusque, perinde morati ut Boemi sunt. Hactenus Dubravius.

Anno 895. hanc regionem Christiana fide erudiit S. Methodius, curante hoc Arnulpho Imperatore. Sub Henrico III. Imperatore, An. 1086. adiudicata est simul cum Lusatia & Silesia, Regno Bohemico. Sermo genti mixtus est, Bohemicus tamen præualet, nam Germanica lingua in vrbibus tantum inter Optimates in vsu est. Regio, ut scribit Dubravius, vini ferax est, sed generis dilutionis, & quod potorem (ut Ritheymerus inquit, & nos quoque experti fuimus) non omnium rerum cura eximit. Numismata quorum hic mentionem facit Dubravius, apud nos sunt, hostium spoliis insignita, cum inscriptione DE MARCOMANNIS. Odera fluminis vocabulum, Duglossus in sua Polonica historia scribit Heneta lingua inundationem aut rapinam significare. Olomuzium, huius regionis Metropolim, & sedem Episcopalem, describit Stephanus Taurinus in sua Stauiromachia. De Moravia vide præter Dubrauium, Æneam Siluium in sua historia Bohemica.

Hanc typicam Moraviæ descriptionem Fabricij, sed aliquot eius regionis Nobilium cura postea correctam, huic nostro operi inferendam pro suo erga nostra studia favore & liberalitate, D. Io. Crato, Maximiliani II. Imp. Consiliarius & Archiatros transmisit. Idem hunc Catalogum, quo quædam huius regionis loca Germanicæ appellationis Bohemicè interpretantur, nobis communicauit.

Germanicè.	Bohemicè.	Germanicè.	Bohemicè.	Germanicè.	Bohemicè.
Behemische Triebaw,	Trzebowa Czeska.	Drosendorf,	Drosowice.	Selowitz,	Zidlochowitz.
Landskron,	Landskraun.	Freyen,	Vranow.	Brin,	Brno,
Schirmberg,	Semanin.	Schtignitz,	Trzenice.	Olmütz,	Holomane.
Schiltperg,	Sstperck.	Holsterlitz,	Hofradice.	Prostnitz,	Prosegedw.
Hanstadt,	Zabrzech.	Mislicz,	Moristaw.	VVischa,	Wyskow.
Zwittaw,	Swittawa.	Ioschwitz,	Iaroslawice.	Austerlitz,	Slawkow.
Merherische Tribaw,	Trzebowa Morawska.	Dayex,	Diakowice.	Kremsier,	Kromerziz.
Neustadt,	Nowy Miesto.	Grustpach,	Hrussowamy.	Vngerischbrod,	Vherskybrod.
Deustbrodt,	Niemeckybrod.	Maydpurgk,	Deuczihrady.	Gœding,	Hodomin.
Iglau,	Czibawa.	Auspitz,	Hustopecz.	Lumpenburg,	Brzetislavv.
Budwers,	Budgowice.	Nußlau,	Nosylaw.	Altmarck,	Podivvin.
Weissenkirch,	Hranitza.	Tischain,	Itza.	Ostra,	Ostracia.
Plos,	Pzin.	Schwartz Wasset,	Strumen.		





A V S T R I A.

AVSTRIAM sub nomine Pannoniæ superioris his verbis describit Georgius Rithaymerus, in suo De situ Orbis terrarum compendio: Pannonia superior ad Solis ortum Leythæ fluuio iungitur: Ptolemæus huic Rabonem ab Ortu terminum statuit: Onaso fluuio, & Norico ad Occasum. Sunt, qui Cætio monte ab eo cardine finiunt, Teium fluuium & Morauia à Septentrione: nam eò vsque hodie protenditur. Ab ea parte, qua decurrit Sol, Montana Styriæ.

Gleba vber & fertilis omni genere frugum, & quæ minimo impendio colitur. Vili etiam & strigoso equo agricola in eo tractu, qui Campus Trāsdanubianus siue Marchianus dicitur, vbi olim Chetuari & Parmecampi fuerunt, terram arat. Marga, circa quam agri in Bauaria infœcundi, & macri sunt, quid sit, Austriacis incognitum est. Crocum ita generosum gignit, cum quo nullum aliud de bonitate certare potest. Vinum naturæ amicum.

Vrbes & antiquæ, & nobiles multæ; maximè tamen insignes, Styra, Vadenhoffum, Melicum, Castellum, antiquitus Claudionum; Cremisium, Cetro castellum, hodie Zeifselmaur, Santohippolytus, Neuburgum duplex, alterum à cœnobio, à frumento alterum dictum, Petronella nunc vicus, magnæ olim vrbis, id quod rudera & ruinae indicant, vestigium; noua ciuitas, Pruk ad ripam Leythæ fluminis situm, Hamburga: Omnium tamen maximè insignis Vienna, olim Flauiana, siue Iuliobona dicta, studio litterarum admodum nobilitata, & qua nulla alia præstantium mathematicorum feracior fuit. Eam vineta coronant. Aedes ciuium magnificæ, vt vel Principes hospites accipere possent, & quæ fenestris patentibus ventos accipiunt, & transmittunt; nec vnquam aère pigro & manente, eò quòd singulæ singulas areas habent, ingrauescunt. Frequens alienarum nationum ad hanc conuentus. Rerum, quæ tuendæ hominis vitæ necessariae sunt, magna copia.

Flumina Austriæ sunt Danubius, olim regionis terminus, nunc medius eam secans; Onasus, Traunus, Erlaphus, qui ad Cellam templo Virginis matris insignem ex lacu amœnissimo oritur; Traisius, Ypsius, Melicus, Marchia, Teius, qui Morauiam ab Austria disiungit. Campus vario genere pisciû nobilis, Leytha, & in quo scitissimi saporis cancri, Suegodus. Hactenus Rithaymers.

De origine vocabuli huius regionis hæc refert Lazius in suis rerum Viennensium Cõmentariis: Austriæ nomen recenti sæculo natum est, ante annos circiter quadringentos, ab Austri (vt credo) venti flatu, qui ista in regione frequens est: vel ob similitudinem Germanicæ appellationis *Osternich* (quod verisimilius mihi videtur) quod nomen Orientali regnorum suorum limiti Francorum reges indiderant, ceu & Occidentali *Westernich*.

Habuit hæc Regio olim Marchiones, postea Duces, deinde Archiduces, quibus hodie paret: vt videre est in dictis Lazij Cõmentariis. Huius regionis insignia olim erant quinque Alaudæ aureæ, in cælestino clypeo pictæ; Sed Lupoldus Marchio hoc nomine Quintus, à rei euentu ab Imperio concessa noua vsurpauit insignia, rubro & albo coloribus distincta: quòd ita totus suffusus sanguine in expugnatione Ptolemaidis fuisset, cingulo tenus dumtaxat (quod album corpus interfecabat) à cruore immunis. Cetera vide apud Munsterum, & Cuspinianum. Austriæ etiam descriptio extat apud Bonfinium in fine lib. 4. Decadis 4. rerum Hungaricarum. Pius II. in sua Europæ descriptione citat historiam propriam huius regionis à se descriptam; nobis tamen eam videre hactenus non contigit. Idem pulcherrimè in suis epistolis descripsit huius regionis metropolim Viennam.



AVSTRIAE
DVCATVS CHORO-
GRAPHIA, WOLF
GANGO LAZIO
AVCTORE.

BOHEMIAE
PARS.

AVSTRIA
INFERIOR.

STIRIA
SUPERIOR.

CARNITIA.





SALISBURGENSIS DIOECESIS.

FRANCISCVS IRENICVS, ex quinque Episcopatibus Bauariæ, hunc primum vocat; eiusque urbem Cathedralē, (quam Æneas Siluius Metropolitācam vocat,) cuius hīc pīcturam addidimus, his verbis describit Munsterus: Germanos IULIVS CÆSAR aggressurus, in faucibus montium arcem munitissimam extrui curauit, vt milites ad eam refugium, & satellites ex ea iuuamen haberent. Et inde castrum Iuuaiense, Germanicè *Helfenberg*, appellatum est. Fluius quoque cui adiacet, Iuuaius dictus, arci nomen dedisse à quibusdam putatur, à quo & ciuitas inde condita Iuuauia dicta est. Habet hæc vrbs paludes, planiciem, colles, & montes. Paludes præbent pascua; montes aucupia, & venationes nonnullas. Cùm autem hæc ciuitas olim florisset, temporibus Attilæ regis Hunnorum sustinuit incursiones, vastationes, & incendia. Postea circa annum salutis D. XX. cùm Diuus Rupertus ex regia stirpe Francorum ortus, V Vormatiensem rexisset Episcopatum, & post obitum regis Childeberti à sede V Vormatiensi pulsus esset, Thedo Dux Baioariorum Ratisponæ eum cum gaudio suscepit, baptizatusque est ab eo vnà cum Proceribus & populo. Et circumiens Rupertus Episcopus per Noricum vsque Pannoniam, prædicansque CHRISTVM, plurimos ad fidem eius conuertit. Veniens autem ad Iuuaium fluium, vbi olim Iuuauia ciuitas fuerat, sed tunc collapsa, virgultis operta, & desolata; contemplanque locum Cathedrali sedi idoneum, proprietate eius à Duce obtenta, extirpatis arboribus & vepribus, repertisque ædificiis, Basilicam in honorem D. Petri construxit. Quin & cœnobium ordinis S. Benedicti, cum munificentia Ducis instituit, rexitque Ecclesiam Episcopalem anno 44. &c. ceteros eius Episcopos & Archiepiscopos enumerans. Vide etiam Auentinum, qui putat hanc urbem Ptolemæo Pœdicum esse. Vrbs hæc in mediis alpibus situm habet. Sunt qui eam à sale, quod in eius vicinia, & prope Reichenhal effoditur, Saltzburg dici autumant. Huius territorium omnis generis metallorum diues est, vtpote auri, argenti, æris & ferri. Repèritur hīc quoque vitriolum, sulfur, alumen & antimonium. Sunt quoque marmorum lapidicinæ.


Qui patrie adfert ingenio su
 Illudve nomen, Laudibus excedens
 Dignus Javari est, pygmioque
 Quam sequens veneretur atas
 Cum Marcus, ego fecerit hoc opus
 Certe tuum, te queso, sine sui
 Salzburga tuum, ges tuncque
 Posteritatis honore cinis.

SALISBURGENSIS JURISDICTIONIS
 nis, locorumque vicinorum vera descriptio. A. M. 1682.
 Marco Secznagel Salzburgense. Sc.



URBIS SALISBURGENSIS GENUINA DESCRIPTIO





B A V A R I A.

BOVARIA, aut vt aliis placet, Bauaria, olim Nariscis, Vindelicis, & Noricis populis inhabitata fuit. Nariscos, qui hodie Nardge vocantur, à ceteris Danubius diuidit. Norici initium capiunt à flumine Oeno, vergunt ad Orientem & Austrum; ad Hungariam & Italiam vsq. Vindelici continentur fluminibus Lyco, Danubio, Isara, Oeno, nec nō Alpibus, quas Ptolemæus Penninas vocat. Hæc pars tota hodie Bauariæ ducibus paret; totaque in Bauariæ vocabulum desit.

Bauaria diuiditur in Superiorem & Inferiorē. Superior subdita est alpi- bus, Austroque. Hæc crebris impedita est paludibus, lacubus ingētibus, flu- minibus rapidis, siluis aspectu horridis, præter vrsos, apros, ceterasque hu- iusmodi feras, centenarios ceruorum alit greges, quos absq. consensu Prin- cipis venari crimen est. Pecuariis, pecoribusque pascendis magis idonea est. Pomiferarum arborum foecūda, trimestris dumtaxat frumēti, non tamen omnis, maximè ferax, rarius habitatur. Vrbes huius sunt, Monachium ad ripam Isarę, splendidissima præclarissimaque vrbs, & Ducis sedes. Hæc con- tinuò leones nutrit. Inter omnes Germaniæ vrbes pulchritudine antecel- lere nonnullis persuasum est. Ingolstadium, publico litterarum gymnasio ornata. Sunt præterea Frisinga Episcopalis ciuitas, Wasserburgum, Nu- burgum, Rosenheimum, Auensburgum, &c.

Inferior Bauaria fertilior est, crebrius frequentiusque habitatur; & propter Danubium, Isaram & Lauarū amnes, vitium ferax. Huius vrbes sunt, Regi- noburgū, que Ratisbona aliis, Augusta Tiberia olim, ad Danubiū sita; cuius ab altera fluminis parte suburbium pōte lapideo insigni cū ea iungitur. Pa- tauiū, vulgò Passaw, ad ostiū Oeni fluminis in Danubiū, Episcopatus titulo insigne, Straubinga, Landshutū, Dingelsingum, Osterhofum, alięq. plures.

Est hæc regio in vniuersum satis ferax, sale, frumento, pecore, piscibus, sil- uis, volucribus, pascuis, feris, & omnibus que ad victū, cultum & vsum vite spectāt, satis superque abundat. Sues glandibus siluestribusque pomis tāta co- pia nutrit, ut veluti Hūgaria boues, ita hæc sues plurimis Europæ regioni- bus suppeditat. Distrahuntur, diuendunturque in alienas regiones, & deferū- tur, sal, pecudes, frumēta: vina aliūde, ex Italia, Histria, Rhætia, Rheno, Ni- cro, Pannoniāque conuehūtur. Sed nulla Germaniæ prouincia plurib. cultio ribusque vrbibus illustratur. Suis enim limitibus (vt Philippus Apianus in sua Bauariæ tabula scribit) continet 34. vrbes, 46. oppida (*Mercktflecken* ipsi ap- pellant.) 72. monasteria; præter innumeros pagos, arces, & nobilium ædes. Salzburgū in ea Metropolis est, & Archiepiscopatus multos sub se habet Suffraganeos, vt Tridentinum, Patauensem, Viēnensem &c.

Populi agri & pecoris magis quàm belli cultores, neque mercaturę multum dediti, tantum Baccho & liberis operam dant; raro natale solū relinquunt. Hanc gentem cōdidit Alemanus Hercules, vndecimus rex Germaniæ Ma- gnæ. Nomen eius in hoc tractu conseruant pagus & arx Almonstain, & flu- uius Alemanus. Olim hæc regio à proprio rege ad Arnulphi Imperatoris vsq. tēpora administrata fuit; eum vt Parthi Arfacem, Ægypti Ptolemęum, ipsa Cacannū nominauit. Deinde duces habuit, quos adhuc tenet. Marcus quidam discipulus S. Pauli hanc regionem ad Christianā fidem conuertit, eiusque primus Episcopus fuit in Laureaco, qui Episcopatus postea Patauū translatus est. Hæc ex Auentino, Munstero, & Ioanne Aubano Bohemo.



BAVARIAE
OLIM VINDELICIAE
DELINEATIONIS COMPENDIUM
EX tabula Philippi
Apiani Mathematici

Scala miliarum Germanicorum, continens
minima, media, maiora
et maxima





N O R T G O I A,

V E L

B A V A R I A E P A L A T I N A T V S.

BAVARIAE altera pars, quæ ultra Danubium Bohemicam excurrit siluam, vocatur nostro æuo (sicut & olim) Nortgoia, habens Nurenbergam Metropolim; vnde regioni, secundum quosdam, datum nomen. Et licet Nurenberga non sit peruetusta ciuitas, tamen castrum eius in edito colle situm, quod olim Castrum Noricum fuit appellatum, est antiquum. Habet hæc regio plurima oppida, monasteria, & villas, potissimum Amberg, anno Christi trecentesimo supra millesimum muro cinctum: Avverbach, Sultzpach, Castel Monasterium; (vbi olim Principes Nortgoiæ suam habuerunt curiam.) Eger, Beierut, Eistet, Napurg, Neuvvenstadt, Ruvvenkelm, Kemnat, Krusen, Greuvenverdt, Eschenbach, VVeiden, Pernavv, Pleistein, Herspruck, Rurbach, Neumarckt, Turfenrut, Elbogen, Cham, Schonsee, Kunsperg, Stauff, &c. Quæ pro maiori parte sunt Principum Palatinorum. Siquidem Ludouicus Imperator & Dux Bauariæ fecit anno Christi M. CCC. XXXIX. huiusmodi diuisionem, vt ex tota Bauariæ prouincia Palatinis Principibus cederet Nortgoiæ regio, præter oppida quædam Imperialia: multa etiam pertinentia ad coronam Imperij, olim fuerunt Principibus Bauariæ impignorata.

In hac regione inter Bambergam & Nurenbergam, ad Orientem, versus oppidum Eger, situs est mons magnus dictus Fichtelberg, ex quo profluunt quatuor insignes amnes, Mœnus, Nabus, Sala, & Eger. Complectitur autem mons iste in circuitu suo, circiter sex milliaria, & extrudit varias metalli species: gignit & optimum cæruleum colorem, quem vulgò Lazurum vocant. Inuenitur quoque in summitate montis stannū, & multæ foueæ, ex quibus olim metalla fuerunt eruta: in summa, tota illa Regio turgit mineris, potissimum ferri, vnde Nortgoienses annuatim magnam vim pecuniæ colligunt. Est aliàs terra dura & aspera, licet quibusdam locis satis proferat frumenti, abundetque pascuis pro pecorum saginatione. Includit quoque hæc Regio Nordtgauiensis vnum ex quatuor Lantgrauatibus, qui olim ab Imperatoribus fuerunt instituti, nempe Luchtenbergensem, accepitque denominationem istam ab arce Luchtenberg, etiam si Principes dominij illius curiam suam teneant in opido Pfreimbdt: & quandoque in Grunsfelden. situm eius opidi vides in tabella designatum. Comes qui hodie regioni præsidet, vocatur Georgius, si rectè memini, satus ex progenitoribus Alberto & Frederico. Non creuit iste Lantgrauatus in tantam potentiã vt ceteri tres, qui temporum successu multum aucti sunt, ditione & potentia, maximè autem Hassiæ Landtgrauatus. Hactenus Sebastianus Munsterus. Vide etiam Pium I. De origine Palatinatus huius Regionis, lege Franciscum Irenicum. Huius regionis urbem primariam Nurenbergam elegantissimè descripsit Conradus Celtes poëta. Montem Piniferum, quem Fichtelberg vocant, descripsit Gaspar Bruschius Egranus peculiari libello.

A R G E N T I N E N S E T E R R I T O R I V M.

ARGENTORATENSIS tractus meminit Liber Notitiarum. Nomen sumit ab vrbe primaria Argenterato, aut Argentina (quæ vulgò Strasburg) vt alij eam vocant. Estque hic tractus pars Alsatix, eo in loco vbi quondam Triboces vel Tribocci habitauerunt, vt credunt Rhenanus & Munsterus, alijque. Sub Treuirensibus olim fuisse ex litterarum monumentis constat. Postea Comites habuit: (non tamen in ea significatione qua nunc hoc vocabulum in vsu est) sub Duce tamen Magontiacensi, quod ostendit dictus lib. Notitiar. Lantgrauatus titulo hodie nobilis est. Præter multa commendanda quæ sunt in hac vrbe, elegantissima est summi templi turris, cuius altitudo tanta est, vt ea non solum ceteras totius Germaniæ, sed ni fallor, totius Europæ superet. Pedum est, vt Munsterus scriptum reliquit, quingentorū & septuaginta quatuor. Viennenses in Austria, suam, templo D. Stephani impositam, putant præstare ceteris celsitudine, sed ea (vt Cuspinianus tradit) tantum quadringentorum octuaginta est. Nostra Antuerpiana D. Virginis, quadringentos habet, & sexaginta sex. An pedes architectonici trium harum urbium mensura æquales sint, nec ne, inuestigent harum rerum curiosi.



PALATINATVS BAVARIAE DESCRIPTIO,
ERHARDO REYCH TIROLENSE AVCTORE.

ARGENTORATENSIS
AGRI DESCRIPTIO.

Ex
tabula
Danica
in
Saxo-
nia.

Septemtrio.



Occidens.

Oriens.

Scala milliarum



Meridies.

VIRTEMBERGENSIS
DACA



WIRTEMBERGENSIS DUCATUS.

REGIONEM hanc describit Ioannes Pedius Tethingerus in Commentario De eius regionis ge-
stis, his verbis: Regio Wirtembergensis in prima ferè Superioris Germaniæ parte, tractum Sue-
uicæ feliciter occupat, ad Nicri possimùm ripam sita; (Charitiorum quondam fuisse sedem putant)
cuius ditio latè patet. ad Solis ortum Sueuos, Vindelicos, & Noricos attingit; ad Occasum Comitum ad
Rhenum Palatini Principis Electoris, & Marchionis à Baden limites. inde Nigræ siluæ iuga comple-
ctitur; ad Meridiem montes Arbonæ pariter ac Sueuicæ prominent Alpes: ita vocant incolæ montes
eius regionis editiores. Versus autem Septemtrionem Francos habet vicinos, & non ita procul Otho-
nis siluam. Wirtembergensis itaque ditio nec alibi commodè magis initium sumit, quàm vbi Nicri
ortum, qui sublimiter montuosis Arbonæ iugis leni fonticulo, in Wirtembergensi Ducatu proximè
ad pagum Schuuenningen oppido Vilingæ vicinum sitienter ebullit, (à fonte Danubij non amplius
quingentos passus.) Ab ipso statim ortu Rotuillensem percurrit agrum, laua Hercyniæ caput, dextra
Sueuicæ alpes linquens, Wirtembergensem Ducatum flexuoso meatu perlabitur (interiacentibus ita
sparsim nonnullis nobilium castris, & Imperat. Romanorum oppidis) ab origine sua plus minus
itinere quinque dierum, crebris hinc inde fluuiois accrescens, ac iam nauigabilis, apud Heydelber-
gam in Rhenum festinè defertur.

Vniuersa regio pro glebæ natura tam cultu quàm fructu non vbiq; conformis. Ea namque pars
qua Necharus oritur, & quæ confinis Hercyniæ, tum quæ Sueuicis (inter Danubium & Nicrum sitis)
Alpibus est contermina, subaspera quidem, vitibus inimica, pecorum cultui satis idonea. Ager in Alpe
lapiosus, at frugis abundè ferax; item per Nigræ cacumina siluæ rubro colore, tellus arenosa, quæ fru-
mento tamen satis abundat. Vtrobique gens ea magno colendis bobus opere vacat. ad Hercyniæ sal-
tus hæ præfecturæ Ducatui subditæ memorantur: Hornberga, Schultachium, Dornstadium, Nagul-
tum, Wildberga, Kalua, Thermæ feræ, Neuenstadium. per Alpes aut illis vicinæ præfecturæ, Balinga,
Vrachium, Blaubeira, Heidenheim, Geppinga, Tuthinga iuxta ripam Danubij. Quæ veluti quodam
interuallo separantur. At vbiq; Wirtembergiæ ditioni confines in orbem, quasi gyro latè circum-
ducto, sese recipiunt ad Nicri vicina loca. Vbi verò Necharus in campestria diffunditur, ibi non aere
solum, sed agricultura quoque terra mitior: nusquam non amnes admodum piscosi, fonticuli salu-
bres, lacus amœni, gratæ conualles, vndique Bacchi colles, herbida prata, fertiles agri, siluarum nemo-
rumque viridaria, quibus inest plurima fagus, numerosa quercus, innumera per saltuosa nemora feræ,
pascua latè florea; pecoris omnigeni vis vndique magna, copiosus vbiq; vini, frumenti, pomiq; pro-
fuentus. Aer æstate commodus, hieme temperatus.

Ad tortuosi Nicri marginem longè lateq; florent vrbes celebres. Quædam mediocri magnitudi-
ne, quædam parua quidem, sed ædificio cultuq; spectabiles. In superiore Nicri regione Hernberga,
Tubinga, Nuringa, Kurcha: Deinde Stutgardia, quæ velut medio telluris eius dominio condita, Me-
tropolis existit, & Regia Wirtembergorum Principum. ceteras vrbes opibus, ædificiis, hominum fre-
quentia & magnitudine excellit. Per inferiorem Nicri plagam florent hodie Waiblingia, Schorndor-
phum, Vinidauium, Bacnaugia, Brackenaugia, Binnica, Bessica, Bietica, Winsberga, Mœgimilium,
Laupha, Grieninga, Vahinga, proximè ad Stutgardiam Bebelinga, Lenberga, Cannostadium: quæ vr-
bes præfecturis singulæ suis pollent: vicis, viris, & armis validæ. Adde quòd per vniuersum Ducatum,
populus armis, humanitate, constantia, religione spectatus. Oppida non ita (quod supra dixi) grandia,
sed magnificè condita: quædam loco, quædam industria satis munita. pagi frequentes, plerique ad
instar oppidorum culti, ligneis, at adfabrè structis ædibus. Arces natura, loco, manuq; munitæ, ca-
ptuq; difficiles; alteram profectò Laconiam Sueuis inesse diceret, ea est virorum domi belliquè
præstantia.

Nomen habet hic Ducatus à Wirtembergæ veteri specula, quæ nunc in vmbilico eius dominiij sita,
non ita procul à Stutgardia, montuoso tamen editiore loco, neque munimine neque structura formi-
dabilis hosti. Sed pro maiorum consuetudine, quibus ferrea quàm terrea magis placere mœnia, loci
potius amœnitate spectabilis, antiquitate solum commendatur, iucundo fruitur in orbem prospectu,
supra fagiferi virgulta nemoris, infra fertiles vitium colles, &c. Hancine speculam Wirtembergi pro-
ximi Comites multis retro sæculis incoluerunt: inde nomen, genus, insignia, (quod res ipsa loquitur)
adepti. Sunt qui Wirtembergos Heroes è Tuscis aut Rhætis ortos autument. sunt qui de Gallis oriun-
dos affirmant: vtri quis accedat opinioni, susq; deq; habeo. nam de re profus incerta ni-
hil assero. constat externos fuisse, de Italia ne an de Gallia vene-
rint, incertum, & cætera. Hæc Pedius.

WIRTEMBERG.
DVCA TVS

Acurata descriptio, in qua omnia eius Opida, Monasteria, pagi, nemora, flumina et rivuli aliquis nominis, diligentissime exprimentur.

Aufore Georgio Gadmerano

Die stofft die Churfürstlich
Stalles herann

SEPTENTRIO.

Cum Frailige Imp.
1731

Palatinatus
Rheni con-
finia.

OCCIDENS.

ORIENS.

MERIDIES.





S V E V I Æ C I R C V L V S.

QVI Germaniæ Imperium in Ligas siue Circulos (vulgò *Kreis*) diuiserunt, hunc Sueuiæ ordine quartum fecere, decem enim numerantur. Sueuiam olim regnum fuisse ex historiarum monumentis constat. Deinde in Ducatum redactum. Hodie verò nemo Germaniæ Principum Ducis Sueuiæ titulo ornatur: sub multis enim Principibus diuisa est. Pars domui Austriacæ iure hereditario accessit, Dux Wirtembergensis plurimam partem occupauit: Multæ in ea sunt ciuitates liberæ & imperiales, multæ quæ Ducibus Bauariæ subiiciuntur. Huius gentis tanquam nobilissimæ & antiquissimæ in Germania, nemo veterum scriptorum non meminit. Ad Albim & Sueuum fluum eam olim habitasse ex Ptolemæo, Strabone, aliisque auctoribus liquet. Hodie autem Germaniæ suprema portio est, ad Alpium enim iuga pertingit. Boiariis, Franconibus, & Alsatensibus circum habitatur. Quondam hæc regio Alemania, à lacu Lemano (vt quidam existimant) dicta fuit.

Regio est (vt eam pulchrè describit Ioannes Aubanus, in suo De moribus gentium pulcherrimo libello) partim plana, partim montosa. Ager fertilis, cuius nulla pars inculta iacet, præter quam aut lacus, aut montes vel siluæ occupant. Nemora in ea multa, & ob id genti venatio frequens, aucupium peculiare, frumentorum abundantia, pecorum magna vis. Tota prouincia salubritate gaudens, celebratissimis urbibus, vicis & castellis referta. Arces excelsæ, natura & arte munitæ. Circa montes ferum, argentum & metalla procreat. Gens populosa, fortis, audax & bellicosa, præstantissima Germanorum à Plutarcho dicta. Cuius gloria eò vsque creuisse memoratur, vt virtute & armis imperium Orbis meruerit: illudque vltra vnius sæculi spatium magnificentissimè tenuit. Hæc Ioannes Aubanus, apud quem eius gentis mores, viuendi que ritus legere licet.

Augusta Vindelicorum, & Ulma, hodie in ea maximè celebratæ sunt vrbes. Est præterea Campodunum, Memminga, Werda, Nordlinga, & aliæ, quæ apud Munsterum habentur. Danubius totius Europæ maximus fluuius hic originem auspicatur, regionemque mediam irrigat. Hic sexaginta tribus fluminibus auctus (quæ Cuspinianus ex Collimitij traditione numero & nomine describit) in Pontum Euxinum vastis sex ostiis euoluitur. Cuius singula ora tanta sunt, inquit Plinius, vt prodatur in quadraginta millia passuum longitudinis vinci mare, dulcemque intelligi haustum. De hac Sueuia & eius populis consule veteres Geographos, ex Neotericis verò, Ioannem Aubanum Bohemum, Munsterum, & Irenicum, qui scribit Nauclerum proprios libros, & Bernonem quendam Abbatem multa volumina de his scripsisse.

B A S I L I E N S E T E R R I T O R I V M.

CONTINET hæc tabella eum tractum, in quo olim Rauraci, & Sequani CisIurani, sedem habuere, item Eremum Heluetiorum. Rauraci olim multorum sententia inter Rhenum, Byrsam, & Arolam fluuios, iisque montibus, qui à Iurasso huc pertingunt, comprehensi fuere. Hodie magna ex parte ditionis Basiliensium est. In eo adhuc pagus est, ad Rhenum, miliari Germanico ab vrbe Basilea distans, nomine *Augst*, Metropolis quondam huius populi, & Augusta Rauracorum dicta. Nunc autem in pagum ignobilem desit. Multa tamen ruinarum vestigia antiquitatem eius etiamnum testantia, in eo superesse vidimus. Regio est rupibus aspera, & crebris siluis occupata, habitatoribus tamen frequentissima, & culta, adeò vt quoque, in montibus, præter læta pecorum pascua, quibus abundat, optimi vini & frumenti feracissima sit.

Sequani CisIurani, à Iura monte, ad Rheni fluminis vsque oram olim pertingebant. Hodie hæc pars Sungoia, & Alsatia superior nominatur, Principibusque Austriacis pro maiori parte obedit.

Brisgoia, & Nigra silua vulgò *Svartzwald*, alteram Rheni partem obtinet. Hic Eremus Heluetiorum à Ptolemæo statuitur. Brisgoia, urbibus & pagis admodum frequens est, & frumeto diues. Plebs ferè ex vindemia victum parat. Ius huius regionis inter Archiduces Austriæ, & Badensium Marchiones partitum est. Vide de hoc tractu apud Munsterum plura.

ORIENTIS.



Der Schwarzwald.
EREMVS HELVETIORVM.

SEQVANI CISVRANI.

BASILIEN-
SIS TERRITORII
DESCRIPTIO NOVA.
Auctore Sebastiano Munstero.

Miliaria Germanica duarū horarū itineris



OCCIDENS.

Circulus SUEVIAE, vulgo Schwabische Kraiß



David Seltzlin descriebat. 1572.

Scala Milliarum Germanicorum communium.



[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]



HELVE T I A.

HELVETIOS (qui Eutropio aliquando Quadi dicti fuere) in quatuor Pagos diuisos fuisse scribit Cæsar. Hodie verò in tredecim partes, quas Cantones seu Angulos vulgò vocant, partiuntur. Heluetiam nunc *Switscherlandt* & *Eydgnoschaft*, à fœdere quo inter se iuncti sunt, appellant.

Hanc regionem totius Europæ esse altissimam ex eo nonnullis visum est, quòd tota ferè in alpibus (huius Europæ editissimis montibus) sita sit; & quòd maxima Europæ flumina, Rhenus, Rhodanus, & Padus, hinc emanantia, tamquam excelsiori loco, ad varias mundi plagas decurrunt. Hæc regio ferè ex montibus præruptis, conuallibus, & eò lacubus & fluuiis limpидissimis, cõstat. Hi montes perpetuis niuibus albicant, adeò, vt procul adspicientibus nihil nisi saxa durissima promittant, prata tamen postquam incenderis pinguis inueniuntur. In iis pascuntur cum greges, tum vaccæ, è quibus magna emolumenta ad incolas redeunt. Nam serum inde, (vt Osvaldus Molitor scribit) caseus, butyrum, aliaq. lactaria tanta fiunt copia, vt non tam Heluetia iis rebus expleatur quàm finitimæ quoque nationes. Transuehantur namque in Sueuiam, vltra Iuram montem, in Italiam, multa que alia loca. Et quod vix credi possit, vt idem pro comperto testatur, ex viginti bobus hic fructum annuũ esse centum coronatorum, præter sumptum omnem quem in familiam, famulos & famulas distribueris. Hinc est quod tantus populus in tam angusto loco enutriripotest.

Tredecim huius regionis Cantones (vt vulgò vocari dicimus) sunt, vt Glareanus eos enumerat, Tigurum, Berna, Lucerna, Vria, Suicia, Siluania, Tugium, Glarona, Basilea, Friburgum, Salodorum, Scafusia, & Abbatis-cella. Apud hos administratio & cura est totius regionis. (Heluetia enim Anarcha, neque vlli Principi subiecta est.) Hi cum aliquid euenit quod ad vniuersam regionis Rempublicam attinet, conueniunt, atque de eo quod consultum videtur decernunt. Alioqui enim singuli suas ciuitates gubernant. Hæ itaque ciuitates fœdere inter se confociatæ sunt, vnde *Eydgnoschen*, id est, fœdere iuncti, nominantur. Huius fœderi se iunxerunt Rotvuilenses, Sangallenses, Doggenburgij & Lepontij.

Sita est Heluetia, vt crassa eam Minerua describamus, inter Rhenum, & S. Claudij montem, Lacum Geneuensem, (quem Lemanium auctores vocant) & Italiam. Habet itaq. ab Oriente, Tirolis Comitatum, à Meridie, Mediolanensem Ducatum, & Pedemontium regionem. Sabaudiam versus Occidentem attingit. Reliqua eius pars Burgundiam, Galliam & Germaniam superiorem vicinam habet.

Diximus Heluetiam multas inter montes completi valles; inter quas quædam, quæ à summis alpibus in Italiam ducunt, à peculiaribus hominum generibus inhabitantur. Ægidius enim Schudus scribit eos qui vallem Augustanam, vbi olim Salassi populi, incolunt, omnes ferè esse institores. In Cesia valle vt plurimum habitare latomos, vel cementarios. Ex Oscela valle prodire cuspidũ siue cultrorum fabros, & qui tornatili artificio scutellas ex ligno conficiunt. Omnes vallis Vegetiæ incolas esse fumarios, atque hinc per totam Germaniam, Galliam, Italiam, in Siciliam vsque euagari sordidum illud genus hominum, quod caminis repurgandis vitã parat. In Galancha valle omnes sunt refinarij, & sportularũ textores. At hi mendicantium more regionatim oberrant; ceteri verò singuli sua arte viuunt.

Præter ea quæ de hac regione apud Cæsarem, Strabonem & alios veteres habes, plura leges apud Ægidium Schudum; Vadianum; Franciscum Nigrũ Bassanensem; Munsterum; Henricum Glareanum, & Osvaldi Molitoris in eum commentaria; & tandem Ioannem Stumpffium, qui ingens volumen de ea conscripsit. His poteris adiungere Ioannis Rhelliani commentaria in Cæsarem. Iosias Simlerus de Vallefia regiuncula, & de alpibus edidit opusculum. idem de tota Heluetia opus præ manibus habet. Promittit etiam Rhætici descriptionem Nicolaus Stupanus Rhætus. Reipublicæ huius regionis statum & administrationem, vide in Methodo historica Ioannis Bodini. Bernatium politicam gubernationem peculiarem accuratè describit Antonius Pinetus, in sua vrbium Chorographia. De anti-

& alij. Sed linguarum idiomatis studiosos ad Ioannis Beccefelana remittimus.



**HELVETIAE DESCRIPTIO
AEGIDIO TSCHVDO AVCK**

Helvetiarum fines habent in longitudine cccxi milia passuum, ut
 in Cysar libro I. quod & hodie verum est. Nam sine a moderata
 lacus Acronii Genesum usque, miliaria Helvetica ut ipsi computant
 xxx. in latitudinem autem inter Renum vel Juran velclus si-
 nimum Alpium lxxx milia passuum, quae x. vel xi. miliaria
 a Helvetica efficiunt. Continet autem milia Helveticum, ut tunc
 videntur, speciem diversam hominum caestris, diversaque & diu-
 ase pedestris itinere. Computantur ergo octo milia passuum
 Italicorum pro vno miliario Helvetico.

Scala miliarum Helvetiarum



I T A L I A.

ITALIA Prouinciarum orbis primaria, uti nomen pro temporum, rerumque vicissitudine saepius mutauerit, nam & Oenotria, Ausonia, Hesperia, Saturnia, & c. dicta fuit, sic etiam eius termini & fines variè ab auctoribus describuntur: posterioribus tamen seculis hi statuti: Flumen Varus, inde linea per alpes Coctias, montem Adulam, a'pes Rheticas, adiunctaque iuga porrò ad amnem Arsiam, Histria terminum: Hoc vnum latus, cetera maria aluunt. Ptolemaeus eam in peninsula formam describit, quam maria tribus lateribus circumfundunt, vno vallant Alpes. Priscis scriptoribus assimilatur querno solio: Recentiores eam integri cruris humani non inconuenienter à coxendice ad imum vsque pedem effigie pingunt. Habet Italia dorsum, & ceu in piscibus esse videmus à capite in infimam partem spine formam, Apenninum: qui mons ex alpibus, qua ab Inhero mari recedunt oriundus, cum recto propemodum cursu Anconæ vrbi appropinquare, in mare Superum ferri, & ibi finiri videtur. tamen inde rursus ab eo mari recedens, per mediam Italiam in Brutios, ac Siculum fretum fertur. Olim in hac regione M. C. LXVI. vrbes extitisse Aelianus auctor est. Guido presbyter Rauennas, ex Igino, qui ante sexcentos annos de vrribus Italiae scripsit, septingentas dumtaxat fuisse eius temporibus scripsit. Hanc Italiam Blondus in octodecim regiones diuidit, Leander, nouendecim. Suntque nomina,

Antiqua,	Recentia.	Antiqua,	Recentia.
LIGVRIA	Riuiera di Genua	APVLIA DAVNIA	Puglia Piana.
ETRVRIA	Toscana.	SAMNITES	Abruzzo.
VMBRIA	Ducato di Spoletto.	PICENVM	Marca Anconitana.
LATIVM	Campagna di Roma.	FLAMINIA	Romagna.
CAMPANIA FELIX	Terra di Lauoro.	ÆMILIA	Lombardia di qua dal Po.
LVCANIA	Basilicata.	GALLIA TRANSPADANA	Lombardia di là dal Po.
BRVTII	Calabria inferiore.	VENETI	Marca Treuigiana.
MAGNA GRAECIA	Calabria superiore.	FORVM IVLII	Friuli, & Patria.
SALENTINI	Terra d'Otranto.	HISTRIA	Istria.
APVLIA PEVCETIA	Terra di Barri.		

Vmbilicam totius Italiae in agro Reatino, Cutidium lacum constituit Plinius; ex Varronis sententia. Huic lacui vicinus est ager Rosellanus (Rosæ rura Velini, Virgilio) totius Italiae fertilissimus; qui tanta fertilitatis erat, teste Varrone, ut pertica in eo relicta, postridie non appareret propter herbam; ob idque Italiae sumen dictus. Olim dixerunt Campum Stellatam, totius Italiae solum amœnissimum; nunc verò, loca circa Bononiam & Mutinam, Blondo auctore. Sabellicus, Italici nominis principibus vrribus, ex vulgi prædicatione, hac epitheta adscribit: Dires Venetia, Mediolanum ingens, superba Genua, pulchra Florentia, Bononia ferax, Rauenna vetus, Roma sancta, & Neapolis nobilis. Sed huius Italiae elogium, tanta, quanta ipsa, ceteris in Orbe regionibus præfulgeat, verborum maiestate à Plinio exaratum, non possum non hoc loco, priusquam ex ea discedam, parergi loco apponere. Sic is enim lib. 3. cap. 5. de ea inquit:

ITALIA omnium terrarum alumna, eadem & patens, Numine Deum electa, quæ cælum ipsum clarius faceret, sparsa cōgregaret imperia, ritusque molliret, & tot populorum discordes ferâsque linguas, sermonis commercio contraheret ad colloquia, & humanitatem homini daret, breuiterque vna cunctarum gentium in toto orbe patria fieret. Sed quid agam? Tanta nobilitas omnium locorum, quos quis attigerit, tanta rerum singularium populorumque claritas tenet. Vrbs Roma, vel sola in ea, & digna tam festa ceruice facies, quo tadem narrari debet opere! Qualiter Campaniæ ora per se, felixque illa ac beata amœnitas? ut palam sit, vno in loco gaudentis opus esse naturæ. Iam verò tota ea vitalis ac perennis salubritas cæli temperies est, tam fertiles campi, tam aprici colles, tam innoxij saltus, tam opaca nemora, tam munifica siluarum genera, tanta frugum & vitium olearumque fertilitas, tam nobilia pecorum vellera, tot opitima tauris colla, tot lacus, tot annium fontiumque vbertas, totam eam perfundens, tot maria, portus, gremiumque terrarum commercio patens vndique, & tanquam ad iuandos mortales ipsa auidè in mare procurrens. Neque ingenia, ritusque ac viros, & lingua manûque superatas commemoro gentes. Ipsi de ea iudicauerunt Græci, genus in gloriam suam effusissimum, quotam partem ex ea appellando Græciam magnam.

Descripserunt hanc regionem ex veteribus C. Sempronius, M. Cato, Polybius lib. 2 & diligentissimè, ut cetera, Strabo. Ex recentioribus Blondus, Ioannes Annius Viterbiensis, in Commentariis in Berosum & ceteros auctores cum eodem impressos, Volaterranus, Sabellicus, Bernardus Saccus, & Dom. Niger, sed absolutissimè Leander: Galiam Cisalpinam, quæ non minimam Italiae partem comprehendit, Gaudentius Merula pulcherrimè descripsit.



FORVM IVLII.

FORI IVLII nominis originem, inquit Leander, diuersè prodiderunt scriptores. Quidam id à Iulio Cæsare putant fluxisse. Blondus ab vrbe Foroiulio denominari, videtur asserere. Regionem etiam hanc Aquilegiensem ab illius metropoli vocatam, monumenta litterarum produnt. Ad extremum, Patriam dictam constat Venetis; quod nomen in hunc vsque diem quoque manet. Olim Liburniam vocatam scribit Blondus, at vnde, nec quando, nec qua de causa, docet. Primum rerum hic potiti Euganei, Veneti, Troiani, Galli, posteaque populus Romanus; sub quibus constanter stetit, donec integra fortuna maiestasque nominis Romani fuit, qua demum inclinante, in Barbarorum in Italiam irrupentium maximeque Longobardorum potestatem venit, mansitque vsque ad Caroli Magni tempora. Postea imperium regionis apud Aquilegiensium Patriarchas fuit, donec tandem Veneti (qui fines imperij hac in parte protulerunt) eam totam suæ ditionis effecerunt, eaque adhuc hodie potiuntur.

Situs regionis est huiusmodi: incipit à planitie mari apposita, moxque paulatim crescens primum in colles, tandem in mōtes altissimos euehitur, qui propemodum vndique fines adeò claudunt, vt hæc vallata montium iugis planities tanquam muro, theatrum videatur, faucibus autem vnis pateat, per quas, vti porta, Sontij fluminis traiectu ab Taruisio aditur. Ceteros itaque terminos alpes vbique premunt; ideoque nisi per maritimos portus, aut conualles montium seu ipsos vertices accessum præbet. Portus habet in ora quàm plurimos. Sunt in hac nobilissima regione campi lati & irrigui, maximeque fertiles; abundat enim vitibus generosissimi succi, quarum vinum Plinius in vinorum censura primo loco celebrat, Pucinumque vocat, à loco. Montes qui ad hanc regionem pertinent, omnibus ferè metallorum generibus fœcundi sunt, nempe ferro, plumbo, stanno, ære, argento viuo, argento ac auro. Marmor etiam habent candidum, nigrum, varium; lapillos carneolos, beryllos, &c. item crystallum. Fructus hic omnigeni, pomaque nobilissimi saporis, siluæ tum ligno materiaque, tum venatu magnificæ, prata nitidissima, pascuæque gregibus pecudum vtilia. Cœlum temperatum. Agri cunctis rebus tam necessitati mortalium, quàm deliciis & voluptati opportunis, per se abundant. Indigenæ quoque non solum ad humanitatis artes, sed etiam ad mercaturam aliaque luculenta viuendi instituta quàm aptissimi sunt. Vrbes in ea maximè celebres sunt, Aquilegia, vbi Patriarchatus, hanc ditem Mela cognominat: Domicilium olim Imperatorum, adeò vt altera Roma diceretur. *x i i. m.* pass. in ambitu habuit. In ea aliquando censa sunt *c x x.* millia ciuium. Felicitas vrbis præcipuè à negotiorum frequentia procedebat, quoniam ex cunctis propemodum Orbis partibus ob summam loci opportunitatem, & aditum tam mari quàm terra commodissimum merces conuehebantur. Desijt id autem summum mercaturæ studium, vnà cum ipsius ciuitatis fortuna, caput dein efferentibus Venetis, qui negotiandi rationem omnem ad se traxerunt; adeò vt ex florentissima frequentissimaque nunc propemodum ad solitudinem sit perducta. Utina, quæ & Utinum, campestri loco sita, munitissimam habet arcem, in colle hominum operis factò; *x l.* stadia hodie in circuitu complectitur. Tergeste in littore maris, colonia Romanorum. Goritia, quæ olim fortè Noreia, multa hinc supersunt vetustatis monumenta. Ciuitas Austria (olim Forum Iulium fuisse multi perhibent) in faucibus montium natura loco munitissimo sita est. mediam percurrit amnis Natiso, ponte lapideo nobili iunctus. S. Daniëlis oppidum in præcelso difficilique monte situm. Portus Gruarus, in dextra Liminis ripa. Dein Spilimbergum, Marimum, Mons falconis, & cætera quæ apud Leandrum videre licet, ex quo hanc summariam Enarrationem descripsimus. Scripsit Ioannes Candidus Historiam Aquilegiensium, cuius operis ac laboris socium esse Gregorium Amasæum, scribit Leander. De antiquitatibus vrbes Aquilegiæ extant quoque Sabellici libri sex.



FORI IVLII
ACCURATA
DESCRIP-
TIO.

IULIAE ALPES

IAPIDES ET CARNI.

CARNIOLAE
PARS.

MARCHIAE TREVIGIANAE
PARS.

EX Bibliotheca Nobilis et doctissimi Ioannis Sambuci, Imperatoriae Mathematici Historici.
1573.

VENETIA

Scala miliarium Italicarum 1000 passuum.





VERONÆ VRBIS DITIO.

CENOMANORVM vrbs est hæc, in Gallia Cisalpina, siue, vt hodie vocant, Lombardia; Venetorum ditionis: in vtraque Athesis ripa magnificè extructa, at pontes quatuor ripas iungunt. Idem fluuius, vti campanè mediam diuidit, sic eandem quoque circumquaque cingit: itaque hic fluuius ciuitati custodiæ, ornamento, & vsui est. Ager vrbs est præcipuæ bonitatis, multa gignens in vrbe conuehenda; olei vim maximam, frumenta incolis in mercaturam superabundantia, vinorum varietatem atque præstantiam, pomorum omnis generis copiam, & lanam ceteras Italiae subtilitate superantem. Vrbs est situ optimo & amœno, splendidis ornatissimisque ædificiis tam priuatis quàm publicis exornata. Habet multa insigniaq; vetustatis monumēta, inter quæ amphitheatrum, quod vulgus Arenam vocat: inter omnia quæ in Italia aliisque Europæ partibus extare creduntur, integerrimum, minúsque temporum iniuria, aut barbarorum furore laceratum. Item arcus triūphalis, in cuius inscriptio-
ne hæc vrbs, COLONIA AVGVSTA VERONA NOVA GALLIENIANA nominatur. sunt & alia antiquitatis vestigia, quæ hic breuitatis causa omittimus.

Ditio siue ager huius vrbs patet in longitudine, à Baruchello opidulo Riuam vsque (quæ est in vltimo Benaci lacus recessu) 65. milliaria Italica: in latitudine, quæ sumitur à Turre confinium ad vsque Riuoltellam 40. Cōprehenditque in vniuersum 1443378. campos, (sic Italicum vulgus mensuram qua agros dimetiuntur, nominat) quorum 1223112. fertiles, 220266. verò steriles sunt: qui tamen Indies colonorum diligentia feraciores redduntur.

Est in hoc tractu altissimus mons, (tabula eum inter Benacum lacum, & Athesim fluuium ostendit) Baldum vocant. Herbilegis hic maximè notus est, qui ad hunc vndique confluentes, multa herbarum radicūmq; genera, in medicinis necessaria & vitæ humanæ opitulantiæ, colligunt.

Est etiam hic in valle quadam Policella dicta, locus Negarina nomine; vbi saxum durissimum visitur, in quo mammæ ad iustam muliebriū formam sculptæ; ex quarum papillis perpetuæ stillant aquæ: quibus si lactans mulier papillas asperferit & lauerit; exiccatus aliquo, vt fit, vel morbo, vel alio casu, illi lacteus humor reuocatur. Sunt & aliæ huic tractui aquæ, non minus ornamento à natura quàm vsui attributæ. Sed auidiores huius territorij cognoscendi lectores habent Blondi & Leandri Italiam; eos consulere licebit. Scripsit & Torellus Sarayna de Veronensium antiquitatibus, origine, politiis, virisq; illustribus, &c. integrum volumen. Lacum Benacum carmine descripsit Georgius Iodocus Berganus, libris quinque.






MEDIOLANENSIS DVCATVS.

LEANDER in descriptione sua Italiae (post prolixam huius Ducatus gubernationis descriptionem) hæc de eius vrbe primaria Mediolano refert: Vrbs est Mediolanū opportuno admodum situ; quo, præter agri ipsius vberimas fruges, è Gallia Cisalpina res omnes, tam ad vsum humanæ vitæ, quàm ad delicias vtilis, comportari queat. Spatium complectitur amplissimum, vsque adeo quidem, vt inter maximas Europæ totius vrbes censeatur. Suburbia longa, lataque admodum habet, quibus plurimum augetur, plerisque tam ingentibus, vt cum magnis Italiae ciuitatibus certent. Superioribus tamen annis strages vastas per tulere, ob perpetuorum inter Carolum V. & Gallos ac Venetos bellorum incendia; quibus propemodū maiori ex parte subuersa dirutaque sunt, quamquam nunc continuo studio reficiantur. Urbem, ipsaque suburbia, latae aquarum fossæ cingunt; per quas vndique nauigiis annonæ copia defertur tam magna, nihil vt non vili hîc pretio fiat. Summam mehercules admirationem habet, omnium rerum, quæ sunt ad vsum mortalium vtilis, huius vrbs insignis abundantia copiaque. Tam multa hîc, & tam diuersa artificum genera, tantaque frequentia, planè vt referri nisi difficillimè haud posset; unde & vulgi natum verbum celebre, Qui Italiam reficere totam velit, cum destruere Mediolanum debere; nimirum, quo ex his sedibus artificum examina per omnes Italiae partes spargantur. Habet vrbs ædificia mirè splendida, magnificaque; nominatim Ædem peraugustam amplissimamque, quam DOMVM vocant, immenso sumptu, ac tam admirabili arte factam, vt paucis omnino Orbis terrarum vniuersi templis cõferri possit, siue magnitudinem & artificium, siue pretia marmorum & opera spectes: etenim non solum vndique foris intusque crustis niuei marmoris interta nitet, verum etiã mirabilibus ex marmore statuis arte summa elaboratis est ornata. Præterea sunt nobilia Fana permulta, inter quæ Gratiarum ædes, sodalitatis Prædicatorum, è regione munitissimi castelli Portæ Iouiæ sita; sumptuosum in primis Hemisphærium à Ludouico Sfortia factum habens; sub quo cum vxore ipse poni volebat, sepulchro ibi ex marmore nobili constituto. Cœnobium huic Fano insigne cohæret Prædicatorum, cum præclara bibliotheca; cumque nobili triclinio, cœnæ Christi & Apostolorū admirabili pictura decorato, quod est Leonardi Vincij Florentini opus, summam artem auctoris omnium picturæ peritorum censura probans. Priuatorum in vrbe domus amplissimæ permultæ conspiciuntur. Est & Arx portæ Iouiæ, munitissimum, præcipuūque totius Europæ propugnaculum, quod vlla profectò vi capi numquam potuit. Sed alia multa præter hæc præclara ædificia Mediolanum habet, quæ breuitatis causa præterimus. Hactenus Leander, qui cetera eius territorij oppida locaque eleganter depingit. Vide de his etiam apud Volaterran. in sua Geographia, Georgium Merulam, Bernardum Arlunum, & Bonauenturam Castillioneum, qui de Insubribus, eorumque antiquis sedibus, antiquitatibusque peculiarem edidit libellum. Scripsit & Bernardinus Corius lingua Italica Historiam Mediolanensium. Laonicus Chalcondylas quedam de huius vrbs felicitate tradit, inter alia quoque fabellulam de dracone Mariangelorum temporibus hanc vrbem vastante, ex qua huius vrbs insigne originem deduxisse verisimile est, eleganter describit.

LIGVRIA, quæ in hac Tabula etiam integrè describitur, Varo & Macra fluminibus, Apennino monte, & mari Ligustico (quod vulgò Leoninum dicitur) circumscribitur: Hæc hodie Ripam Genuensem, ab eius metropoli Genua, vocant. Hæc vrbs aliquando ad Tanaim vsque imperij sui fines produxit; Theodosiam enim (hodie Cassa) suæ ditionis effecit, Cyprum, Lesbum, Chium insulas, & Peram Thraciæ vrbem in potestatem redegit. Hodie toti Liguriæ, & Corsicæ insulæ imperat. Emporium celebre, cuius ciues potentissimi, mercatura & negotiationibus per omnes ferè Orbis partes maximum sibi nomen atque diuitias compararunt. Genuensium Historiam diligenter descripsit vernacula lingua Augustinus Iustinianus Nebiæ Episcopus; & nuperrimè Petrus Bizarus lingua Latina.



DVCATVS
MEDIOLANEN-
SIS, FINITIMA-
RVMQ; REGIONV
DESCRIPTIO, AV-
TORE IOANNE GE-
ORGIO SEPTALA
MEDIOLA-
NENSE.

Scala miliarum Italorum

MEMORIAL



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

FOR THE



CREMONENSIS


AGER.

VRBS huius antiquitatem constare, ex eo qui dixit, *Mantua tua misera* *nimum vicina Cremona*, omnes intelligunt. Sed longè antea Coloniam Romanam factam, anno nempe Urbis conditæ D. XXXVI. tradit Liuius, aliiq̃ue. Sita est hæc vrbs in Gallia Cisalpina, sub Cenomanis populis, vt Ptolemæus, vel in decima Italię regione, vt Plinius perhibet; ad ripam Padi fluminis. Agrum habet planum, omnis generis frumenti, etiam vini, fertilem: cetera quæ humano generi ad vitam tuendam expetuntur, beneficio fluminis, affatim in urbem afferuntur. Multas calamitates perpessa est, frequētibus afflictata ruinis: Primùm Antonianis tēporibus quando ab Augusto Imp. rerum potito, ager est militibus datus: Deinde Vitellianis, apud Bebriacum peracta pugna, cū quadraginta millia armatorum irrupere; calonum, lixarumq̃. amplior numerus, vt Tacitus refert; quàm omnia sacra profanaq̃ue in igne considerent. Solum Mephitis templum stetit ante mœnia, loco seu numine defensum. Gothorū quoq̃ tyrannide, deinde Lōgobardorum sub Gedulpho rege, Anno à Christo nato D. C. XXX. euerfa. Frederici etiam Aenobarbi vim pertulit, deiectis vsq̃. mœnibus. Post hæc bellum ciuile inter Guelfos & Gibellinos in ea exarsit, anno M. C. C. XII. Tandem sub Mediolanensium Vicecomitibus & Ducibus aliquantisper vires resumendo, re floruit. atque hætenus sub iisdem feliciter & tranquillè reipublicæ statū conseruat. Habet hæc vrbs arcem, si quæ alia in Italia, munitissimam, hostibusq̃ue formidabilem. est in ea quoque turris altitudinis admirandæ, in primis si cum Italicis conferratur, vnde vulgari eam prouerbio & rhythmo celebrant; cū aiunt:
* Vnus Petrus in Roma, vnus Portus in Ancona, vna turris in Cremona.

CREMÆ

TERRITORIUM.

EST Crema Venetorum opidum, præsidium & arx, in confinibus Mediolanensium. Hoc, vt Leander scribit, sub eorundem Venetorum imperio ita creuit incolarum frequentia ædificiorumq̃; elegantia, vt maximè inter Italiæ nobiliora loca nomen meruerit. vnde vernaculo adagio dicunt, Barleta in Puglia, Pratum in Tuscana, Crema in Lombardia: horum trium in Italia locorum nobilitatem, splendorem & diuitias, denotantes. Veneti sæpius tentauere ex hoc opido ciuitatem facere: incolæ tamen hætenus restitere, verentes, ne, quod iam inter maximè nominis opida censetur, vix tum inter ciuitates mediocres nomen sit habiturum. Situm est in amœna planitie; loco amplum & spaciosum; mœnibus munitissimum; opibus inclytum, populo frequens, & rebus ad vitam mortalium necessariis affluens: habet enim territorium fœcundum, cultura diligenti multo fertilius redditum: multiq̃ue aquarum riuuli, piscium vario genere repleti, agros irrigant. Scribit Blondus hoc opidum à Friderico Barbarossa, post afflictam Cremonam in eius ciuitatis damnum, opprobriumq̃ue exædificatum. Sunt alij, teste Leandro, qui putant à ciuibus Parasij vrbs, ab Episcopo Mediolanensi ob hæresim destructæ, conditum: Cremæque nomen illi inditum, in crematæ patriæ memoriam. Iudicium lectoribus relinquo.



P E D E M O N T A N A R E G I O.

TAURINORVM regionem nunc Pedemontium vocamus, tanquam pedem montium; quoniam ad radices Alpium est, quæ Galliam, Sabaudiamque ab Italia diuidunt. Fines ponemus ab Oriente, Padum; à Meridie, Ligurum Alpes; ab Occidente, Galliarum Alpes; à Septentrione, Duriam ripariam. Agros habet amœnis fructiferisque collibus plenos, qui frumentum, aliasque fruges, & optima vina, cum nobilissimis fructibus producant. Urbibus, oppidis, pagisque perhonestis nitent.

Ducatus Taurinus sub Longobardis appellabatur, à quibus in Prouinciæ formam, cui Dux præerat, redactus est. Longobardorum verò imperio deleto, primùm in Italiæ regum, quos Imperatores Cæsares instituere, potestatem venit: post in Regulorum diuersorum, diuque seculis vltimis ditioni Principum, Comitum, Ducumque Sabaudiarum fuit habita, donec anno M. D. XXXVI. partem eius Franciscus I. Franciæ rex cepit. (nunc verò Sabaudiarum Duci restituta est.) Metropolis est ciuitas Taurinum, ad ostium in Pado Duriarum; quam Ptolemæus, Plinius, & Tacitus Augustam Taurinorum vocant. Priscis temporibus hanc nobilem fuisse urbem, vel hinc intelligere licet, quòd Colonia Romanorum erat. Iacet ad montium radices, forma quadrata, cum portis quatuor, nobilitate ciuium maximè clara, splendidis etiam ædificiis ornata, inter quæ summum templum. Gymnasium habet omnium disciplinarum, mirificeque rebus omnibus ad vsum vitæ necessariis & vtilibus abundat. Agro est perbono ac fertili, maximè verò versus Orientem & Austrum, cum vallibus ferri copia fecundis. Taurinum Longobardorum sedem fuisse Paulus Diaconus perhibet. His, vsque ad captum bello Caroli magni Desiderium Regem, paruit: deinde autem in Italia Regum, Imperatorum, Montisferrati Marchionum, & Sabaudiarum Regulorum (quibus hodie etiamnum paret) fuit. Ad Padi fontem versus Ripellum & Paisana, sunt marmorum nobilium lapicidinarum.

Ad capitis Padi dextram incipit planities quædam amœna, Vallis Padi dicta, vel (vt incolæ vocant) Lusernæ; ab oppido nimirum, quod habet, Luserna. Procurrit in longum millia xxx. latitudinis ad summum 1111. In aditu eius Orientali capite, Mambrinum est; in exitus fine versus Occidentem, Crux lapidea præcelsa. Coloni vulgò nominantur Christiani, sed ritus & cæremonias Christianorum haudquaquam sequuntur; imò perquam nefaria flagitiosaque colunt instituta: quale præ ceteris est, quòd menstruo tempore diem obseruant, quo cuncti in Ædem conuenientes, post Antistitis impuri ac scelesti concionem, extinctis obscuro noctis luminibus, in venerem detestabili, ac prorsus à sanæ mentis nemine non vituperato exemplo, promiscuè ruunt. Hæc ex Leandro delibauimus, qui plura habet. Lege quoque de hac regione Dominicum Nigrum.

Paradinus in sua Sabaudia scribit Principatum Pedemontanum continere in se præter urbes insignes & magnitudine celebres, quæ sunt quinque numero, plus minus quinquaginta oppida munita, pulcherrimaque: tum municipia ducenta, muris, propugnaculis & turribus vallata. Habere etiam multos Comitatus, Marchionatus, Baronatus, aliosque multos Satrapas, omnes Duci Sabaudiarum obtemperantes.

Vides in hac tabula etiam Montisferrati descriptionem, quæ hodie Mantuanis Principibus paret; de qua hæc Blondus: Ad Tanarum amnem ora incipit celebris, nunc Montisferratus appellata, cuius fines sunt hinc Padus, inde Apenninus, & Tanarus ipse à fronte sua ad ostia quibus fertur in Padum, & superiori in parte Montes Moncalerio proximi, vbi Pedemontium incipit. Ferratensisque ora pænè omnis Marchionibus est subdita in Italia nobilissimis; qui ex Constantinopolitanis Imperatoribus oriundi, 150. annis eam oram possederunt. Hactenus Blondus. Vide de hac quoque Merulam libro sexto Historiarum Vicecomitum.



PATAVINVM

TERRITORIVM.

AGER Patauinus (quæ Marchiæ Treuisanæ portio) olim latius, nunc his terminis continetur: A Meridie Athesis fluuius procurrit; à Septentrione Muso paruus amnis dilabitur, ab Oriente ætuario Venetiarum, ab Occidente autem colles Euganei, & ager Vicentinus. Vnde hoc carmen peruerterî vrbis Patauinæ sigillo insculptum legitur: *Muso, mons, Athesis, mare, certos dant mihi fines.*

Patet omnis hic circuitus centum & octoginta passuum millia: in quo spatium sunt tercentum & quadraginta septem villæ seu pagi. Patauio municipali iure hoc tempore subiacent septem insignia oppida, quæ sunt: Montinianum, Castrum Baldum, Athesse, Mons Silicis, Saxi oppidum, Campus S. Petri, & Cittadella. Item sex vici, Miranum, Oriacum, Titulum, & Liuianum, Arquadum, Francisci Petrarchè sepulchro celeberrimum, Consilium, & Anguillaria. Sunt præterea in hoc territorio Euganei colles Poëtis decantati, & iuxta hos Aponus vicus & fons, cuius Claudianus & Martialis meminere, item Cassiodorus in epistolis, vbi Theodoricus rex eos restaurandos curat. Huius agri Patauini tanta est fertilitas, vt ex abundantî frugum copia vicinis quoque ciuitatibus, absque vlla suorum ciuium inopia, quæ ad vsum vitæ necessaria sunt, largè multa suppeditet. Generositas vini magna est. Venationes, aucupia & piscationes frequentes. Ad eò fluminibus irrigatur, vt (maximo incolarum commodo & vtilitate) nullus agrestis vicus ultra quinque passuum millia distet à flumine. Hanc omnium rerum mirabilem copiam atque abundantiam vulgò triuiali prouerbio demonstrant dicentes: *Bononia la grassa, Padua la passa.* ac si Latine dicas, Patauium fertilitate, Bononiam (quæ fertilissima est) superare. Hæc de territorio: nunc de ipsa vrbe, quæ huic nomen dedit. Hæc in plano sita est vndique amnis irriguo. Vrbs admodum munita, lata & profunda fossa aquis repleta, validissimis muris cincta, & populo frequens. Pomærium habet amplum, ad eò vt hostis non habeat quibus in ea obsidendo protegi queat. Habet Prætorium speciosissimum & plumbeis laminis opertum. Gymnasium totius Europe celeberrimum, à Carolo Magno (vti ferunt) inceptum, & à Frederico II. anno M. CC. XXI. stabilitum, & post XL. annos à Pontifice Urbano III. confirmatum. Habetur item in hac vrbe Hortus (quem Medicorum cognominant) sphericus & amplus, omni exoticarum herbarum medicinalium genere confitus, pro instruendis iuuenum ingeniis in re herbaria, opus singulare & egregium. Ciuium inter præcipuas artes est lanificium, quod est quotannis sexcentarum librarum millia, & amplius. Hæc ferè ex Bernardino Scardeonio, qui de huius vrbis situ, territorio, antiquitatibus, & viris claris, rebusque memoria dignis, integrum volumen edidit: hunc auidus Lector consulat, eique, si volet, Leandrum in sua Italia iungat.

APVLLIA.

HVVS regionis hanc enarrationem ex Antonij Galatæi libello De situ Iapygiæ concinnauimus. Hæc quoad terrarum situm attinet, temperatissimam Orbis partem sortita est. Variis nominibus à diuersis auctoribus subinde appellatam fuisse constat. Aristoteles & Herodotus Iapygiam dixere, Peucetiam alij, alij Mesapiam, alij Magnam Græciam, alij Apuliam, alij Calabriam (nam quæ nunc Calabria, Brutia quondam dicebatur) Fruges, olera, fructus præstantissimi hic sunt. Avena huius regionis cum hordeo, & hordeum tritico aliarum certare potest. Melones optimi saporis, & Citria vbique bene proueniunt, Herbæ Medicis vtilis omnium efficacissima: cælum salubre, solû non aridum, neque palustre. Sed hæc tanta munera quibusdam etiam malis videntur mixta: nam & hic natura Arachneum animal gignit nocentissimum, cuius venenum fistulis & tympanis pellitur. Sunt & Cherfydri serpentes, & Bruchi quoque, quæ omnia tactu scedant. Huius regionis vrbes olim fuere, Tarentum, hæc sedet superba inter duo maria piscosissima, oblongæ insulæ habet formam: vrbs omnium iudicio inexpugnabilis. Callipolis vrbs sita est in extremo promontorio longè in mare procurrenti, sed arctissimo isthmo, ad eò vt in aliqua parte vix curribus peruius sit. Munita est, & rupibus septa: à continenti vnicus est aditus, in quo castellum est munitissimum. Hydruntum: hæc totius pæniinsulæ, & aliquanto amplius nomen Metropolis, suo (vt puto) merito adepta est. hæc vetustate & ciuium fide, atque animi magnitudine satis nobilis. Portum habet satis commodum, sed Aquilone minimè tutum. Olim munitissima erat, nunc ferè æquata solo. Agrum habet lætum, fontibus scatens, semper virens. Ex hoc loco Ceraunij Epiri montes facillè cernuntur. Hic terminus est Maris Hadriatici & Ionij, Plinio auctore. Brundisium, inclyta vrbs, portum habet toto terrarum Orbe notissimum; interior portus turribus & catena clauditur, exteriorem hinc atque hinc scopuli & insularum obiectus protegit, sed ostium eius opera Alphonfi ita obstructum est, vt non nisi paruis nauibus & biremibus pateat. Vrbs quondam populosissima, nunc ferè deserta. Hæc sunt maritimæ vrbes præcipuæ. Sed qui omnium, etiam mediterraneorum nomina, situs, antiquitates, & res gestas, cognoscere cupit, ipsum doctissimi Galatæi libellum de hac sua patria euoluendum suadebimus, hisque si addiderit Leandri descriptionem, nihil amplius desideraturum Lectorem in hacre credimus.



APVLIAE QVAE
OLIM IAPY-
GIA, NOVA CO-
ROGRAPHA.

Jacobo Custoldo
Auctore

ORIENS.

SEPTENTRIO.

MERIDIES.



ANXA Plur. hodie
Galipoli
S. in hac insula
gammurum cuius
magis est promi-
tus, et tunc promi-
saluatur, ea quid
bruchos peculare
in regione malum
ante quam i terra
prodeant, deponat,
alias mellea deno-
raturus



LACVS COMENSIS

OLIM LARIVS.

LARIVS LACVS, (quem hodie Lago di Como ab opido sibi adiacente vocant) à *Laro* auē, Græcè sic dicta, qua Latinis *Fulica* dicitur, quibus abundat, nomen accepit. à Septentrione in Austrum ad 60. millia passuum producitur; undiq; coronatur montibus, quorum cacumina, castanearum arborum nemora habent, latera, vinea oleaq; radices verò, silua; in quibus ferarum venationes frequentes. In margine autem Lacus, Castella confidunt; inter qua in Meridionali ripa, Comum est, clarum opidum à Gallis *Orobis*, aut, ut quidam vult, à *Cenomani* conditum, Romanam Coloniam postea à *Diuo Julio* ibi deductam, in quibus quingenti illustres fuere Græci, auctor est *Strabo*; ex quo *Novum Comum* appellatum est; in amœnissimo loco positum, ad eò ut ad solas delicias excogitatum videatur: nam à fronte pulcherrimum Lacum, à tergo campestria culta, & omni genere fructuum feracissima habet; accedit etiam aer saluberrimus, iucundissimūq;. Hoc opidum duos *Plinios* æternitate viros dignos nobis protulit, in quorum memoriam hæc elogia in fronte adis *Diuae Mariae Virginis* à gratis ciuibus pietatis ergò marmoribus incisa, anno 1558. ex Italia redeuntes legimus.

A dextra valuarum,

ORDO POPVLVSQVE COMENSIS C. PLINIUM SECUNDVM MACTVM INGENIO VIRVM, DIGNATIONE CLARVM, DOCTRINA ADMIRABLEM, VT QVI OLIM IMP. CÆSS. VESPASIANORVM AMICITIAM MERVERIT, OFFICIA MAXIMA GESSERIT, AC SCRIPTORES VNIVERSOS COPIA ET VARIETATE SUPERAVERIT, MVNICIPEM SVVM INCOMPARABLEM STATVA ET ELOGIO ORNAVERE.

*Tantus honor dulcisq; iuuat me fama Secundum,
At mage conciuēs hæc posuisse meos.*

A sinistra valuarum,

C. PLINIO CÆCILIO SECUNDO, QVI CONSVLATV, AVGVRAIV, MILITIAE GESTIS, AC ORNANDIS CAVSIS, POEMATIB. ET HISTORIIS CONFICIENDIS, CÆSARE TRAIANO AVGVSTO LVCYLENTISSIME LAVDANDO, ADIFICIENDAQVE IMMENSA LIBERALITATE PATRIA SVA, EIDEM IMMORTALE CONTVLIT ORNAMENTVM, ORDO COMENSIS CONCIVIVO DESIDERABILI, HONORE ACCEPTO, MONVMENTVM POSVIT M. CCCC. LXXXVIII. KAL. MAL.

*Functus eram sed tum veteri præclarus honore:
Viebam, perij, nunc quoque vita mihi est.*

Hunc Lacum Paulus Iovius elegantissimè descripsit integro libello, ex quo etiam hanc tabulam nostro vsui excerpimus. depingit item accuratè Cassiodorus, libro Variarum II. ad Gaudiosum. Descripsit & Benedictus Iovius res Comensium: sic quoque Thomas Porcacchius. Sed vide etiam Leandrum in sua Italia, & Dom. Nigrum in sua Geographia.

V R B I S R O M Æ TERRITORIUM.

DE vrbe Roma quondam Orbis Imperatrice, eiusque territorio, quia hic locus amplam pro eius dignitate descriptionem non admittit, atque omnino de ea tacere, quàm pauca dicere, præstare videretur, auctores, qui eam scriptis suis celebrarunt, hinc enumerare, sat visum fuit. Quorum ex vetustioribus sunt: *Q. Fab. Pictor*, *Sex. Ruffus*, & *P. Victor*. Ex recentioribus *Blondus* eandem in sua Italia; *Fabius Caluus Rauennas*, *Barth. Marlianus*, *Andreas Fuluius*, *Georg. Fabricius*, *Lucius Faunus*, *Andreas Palladius*, *Pyrrhus Ligorius*, & *Lucius Maurus*. Collegit & descripsit *Iacobus Mazocchius* eius antiqua epigrammata, & *Vlysses Aldroandus* eius statuas. *Hubertus Goltzius* non minori artificio quàm diligentia maximisque impensis eius Fastos æneis Tabulis libri forma expressit.



1707

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Dark, heavily obscured area, possibly a large stain or a very faded section of text.

Another section of faint, illegible text, also appearing to be bleed-through.

T V S C I A .

TVSCIAE (quæ olim Hetruria) termini sunt, ab Oriente Tiberis; ab Occidente, Mæra fluuij; à Meridie, Inferum mare; à Septentrione, Apenninus mons. Terra pernobilis, pulchra lautaque est. Indigenæ ad omnia summo, pacis bellique temporibus, ingenio promptissimo; nec minus ad studia literarum, quam negotiationes. Gentem carimoniis & cultui diuino maximè semper addictam fuisse, ex priscis auctoribus constat. Oram Tyrrheni maris, saltus maiori ex parte occupant hoc æuo, quemadmodum & ætate Eutropij, vt ipse in Aureliani vita perhibet; maximè verò trans Arnun aliquantò, vsque ultra Plumbinum. Interior regionis pars est ferè montosa.

In ea hæ sunt vrbes, maximè præ ceteris memorabiles; Florentia, Sena, Luca, Perusia, Pisæ, Viterbum, &c. **FLORENTIA** sita est in vtraque Arni fluminis ripa, quatuor pontibus iuncta; splendore ac elegantia summa est, quamobrem vulgò Florentia bella nominatur, vt quæ flos videatur Italia. Nobilissimis enim ædificiis tum diuino cultui, tum ciuium vsui paratis, nitet. In primis est admirabile Fanum D. Mariæ floridæ, totum ex marmore crustatum, cum Hemisphærio stupendi operis; iuxta turris stat eximia tintinabulorum, tota item marmorea; modicoque post interuallo veterrimum Martis templum, forma rotunda, magno ingenio constructum, & nunc D. Ioanni Baptistæ sacrum. Valuas habet ex ære, fusili opere, tam raro artificio factas, eas præsertim, quæ contra Fanum D. Mariæ floridæ sunt, vt omnes omninò, quibus ingenij vis adsit vlla, reliqua in Europa tota similes esse nusquam arbitrètur. Sed omnia huius vrbes ædificia, tam sacris quam publicis rebus destinata, enumerare hoc loco non datur. Qui cetera velit, Leandrum consulat.

SENA iacet in colle, præcelsis cincta crepidinibus tophinis, frequentia nobilium ædificiorum nitens, in quibus ædes maxima D. Virgini matri sacra, splendidis ac sumptuosis, quæ in tota Europa sunt, Fanis annumeranda; siue pretium marmoris, ex quo tota constat; siue excellentiam operis ac artificij, quo facta, spectes. Præterea, sunt ædes amplissimæ quadrato lapide structæ, Pij II. Pontif. opus, aliaque multa pernobilia ædificia. Spatiose ornatique fori commendationem prætermittimus, cum insigni fonte Branda, semper nitentibus aquis copioso.

PERUSIA colli insidet Apennino; maiori agri parte fructiferis & amœnis assurgente collibus, vini nobilis, olei, ficuum, pomorum, aliorumque optimorum fructuum fertilibus. Subter vrbes ad Asisiam, item Tuderversum, iuxta Tiberim campi sternuntur iucundi, tritico, ceteroque frumento copiosi. Natura loci vrbs permunita est, nobilibus ædificiis, tum priuatis ciuium, tum cultui diuino dicatis nitens. Itemque nobili ac largo fonte, qui medium vrbes habet. Populus frequens, & animis ingenisque summis; nec minus ad litteras quam arma promptus.

PISA, vrbs olim felix & admodum beata, non solum ante rei Romanæ florem, sed etiam illa iam vigente; ac item postea, multis annis fuit. Docent id insignes victoriæ nauales, quas habuit, quibus & insulam Sardiniam suæ ditionis fecerunt. Panormum Siciliae Saracenis eripuerunt: & ex eius belli spoliis templum maximum, quod **DOMNUM** vocant, Episcopi que splendida ædes ædificare cœperunt. Gymnasium habet omnium disciplinarum, anno post Christum **M. CCCC. IX.** institutum.

VITERBUM iacet amœno spatiosoque loco, iugis Cyminiis à tergo imminentibus, plurimis haud penitendis operibus nitens; inter quæ fons est insignis, & maxima cum admiratione spectantium copiosus.

LUCA in planitie sita est, non procul à collibus, ædificiis perhonestis; gens lauta, prudens, ingeniosa; vt quæ libertatem sibi diu sapientissimè conseruauit integram, etsi finitum bellis haud rarò fuerit petita. Reliqua quære apud Leandrum.

Descriperunt hanc regionem olim Myrsilus Lesbicus, M. Cato in Originibus; & eorum Commentator Ioannes Annius Viterbiensis, qui etiam seorsum de Antiquitatibus Hetruriæ edidit libellum; Guilielmus Postellus, Volaterranus, &c. Ioannes Campanus pulchrè Thrasumenum lacum literis mandauit.

LOMBARDIAE PARS seu GALLIAE CISALPINAЕ SEPTENTRIO.

THVSCIAE

DESCRIPTIO AVCTORE
HIERONIMO BELLARMATO.

*Mos Iane senae prima, formatque ab illo
Imposita leges populo à romana Pontis.
Inferno. Et Super: omnes auoque celosus,
Imperium, Iulios trino fines, foedera natas
Dum feruati meos, sed ne discordia procepe,
Romulae genti demum seruire coegit.
Que dicit auisus longo post tempore longus
Stetit inde grata mihi, male grata laborum
Cibula, & mansi nonen quod Thura dolere,
Archides ad Lydi quid rei mutare Telogy
Non est fuerat quousi has conuulsas erat.*
Thvscia dicit.

Cum privilegio.



Line Thvscvm.

SIVE TYRRHENVM. VEL

INFERVM.

MERIDIES

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

P E R V S I N V S A G E R.

AGR O Perusino, etsi multas adiuerit & lustrauerit regiones Ioannes Campanus, nullam tamē aliam cultiorem amœnioremq; se cognouisse vnquam, scribit. Vasta omnia & montuosa procul intuentibus: cū autem propius accedas, nihil tum cultu agrorū, tum benignitate cæli, tū & terræ vbertate felicius. Tiberis fluuius hunc agrum medium fecat, rigatq; . A quo paululū recedens vrbs Perugia est, in ipso monte Apennino sita, ab Achæis olim (vt Trogius testis est) condita: & ex XII. Etruriæ ciuitatibus primaria. Hanc Augustum Imp. à se Augustam nuncupasse, litterę cubitales portis incisę, ostendunt. Vrbes est natura loci munitissima, ædificijs sacris prophanisq;, & populo ornatissima. Hęc sola inter omnes Italiæ vrbes (vt de ea tradit Blondus) felicitatem naçta est penitus inauditam, quæ eandem penè status & rerum conditionē, quā ante conditam urbē Romam; & postmodum Roma sub Regibus, Consulibus & Imperatoribus, atq; tyrannis agente, habuit, nunc retinet. Passa est tamen varias & vix tolerandas agitationes. A Fabio Maximo namq; Cos. vt Liuius refert, eius ciuium quatuor millia & quingenti occisi fuere. Triumuirorum tempore Augustus eam obsedit, & ad vltimā famem compulit, urbemq; cepit, diruitq; ; cremataq; fuit tota, excepto tantum Vulcani fano, vt Appianus auctor est. Postea eadem septem annis crudelissimi Totilæ obsidionem passa est; atque tandem direpta, &c. Hodie Pontificibus Romanis paret, & celebri gaudet Academia, quæ circa annum M. CC. XC. florere cœpit; vt placet Middendorpio. Claruere in ea auorum nostrorum tempore Bartholus & Baldus Iurisconsulti celeberrimi.

Est in huius territorio quondā Romanorū clade nobilis Trasumenus lacus, quem Plestinum cur nominet in suis Annibalicis Appianus, ignoro. Complectitur hic, vt habet dictus Campanus, in suo ambitu circiter triginta millia passuum. Lucidus est & perspicuus, nec recipit alienas aquas, nec refundit suas. Insignis huius aquæ suauitas: adeo vt viuo manare fonte videatur. Tribus insulis adornatur, quarum duæ sibi fere contiguæ, ad septentrionem vergentes: vna Maior, altera Minor vocatur. Hęc inculta & deserta, tantum templum fert in acumine. Illa, quæ ad Cortonensem spectat agrum, ducentis propè familijs habitatur. Tertia, quæ versus Meridiem consistit, & maior ceteris, frequens hominibus est. Harum incolæ solis fere piscationibus incumbunt. Frumentum vix serunt. Vineta autem plantare non negligunt. Lignatum pabulatumq; in finitimos campos siluasq; egrediuntur. Littoris oram nulla interfusa stagna aut paludes impediunt: hęc oliuetis abundat, quæ in collibus, qui circum lacum exornant, mira fertilitate conspicua. In planicie verò inter lacum & colles, canabis & lini tanta copia, vt ne in reliqua quidem Etruria maior. Paucis in terris meliora vina: poma quoque suauissima. Piscium genera in lacu non sunt multa, copia tamen inaudita, qua ceteros Italiæ lacus antecellit: cuius piscationes toto fiunt anno, (etiam ipso Brumæ tempore, quod nullus alius admittit in Italia lacus.) Hi pisces aduehuntur hyeme ad Etruscos, Umbros, Picentes: Romam quoque, plurima quotidie iumenta comportant. Lucium hic piscari vario colore, & quasi viridibus aspersum maculis, ait idem Campanus, de quo mira refert; eum nempe coire cum serpentibus, indeq; illū hunc varium sortiri colorem. Item remansisse aliquando lucium in sicco, quem cū vulpes capere contenderet, alterum pedem eius dentibus esse depræhensum; atque ambos inuentos esse mortuos.





S E N Æ V R B I S T E R R I T O R I V M.

CÆSAR Orlandus Iuriscultus Senensis, hanc tabulam unâ cum eius Urbis summario, ex libro à se (vbi in suis ad me literis fatetur) de eius origine scripto, Theatro nostro inferendo Roma misit.

S E N Æ, ciuitas adeo antiqua, vt eius origo apud probatos auctores nullibi reperitur. Nam quod à nonnullis scribitur, eam fuisse conditam à Gal-
lis Senonibus, qui Brenno duce anno ab V. C. 363. spatio septem mensium (vt Polybius & Plutarchus scribunt) eadem Vrbe positi fuerunt, nullo certo,
aut saltem probato auctore constat. Etenim Io. Saresberienfis, primus huius opinionis auctor, (qui ex eo quod operi suo Policarici nomen indidit, pro-
pterea Policrates, seu Policarpus à plerisque appellatur) lib. 6. cap. 17. nullum huiusce sua opinionis testem adducit. Ipse autē lib. 3. cap. 23. se Hadria-
ni Quarti Pontificis maximi familiarem fuisse testatur. Apud omnes autem constat, Hadrianum hunc ab anno 1154. vsque ad annum 1159. in solio
B. Petri sedisse, & proinde huius Iohannis testimonium de origine Sena longè ante ipsum condita, recipiendum non esse.

De hac ciuitate meminit Cornelius Tacitus lib. 20. Annalium, Coloniam Senensem eam appellans. Que verba de alia Sena, que etiam hodie in
Piceno extat, & Senegallia vulgo appellatur, nequaquam intelligi possunt, vt aliqui falso opinantur. Siquidem tempore Taciti, & Plinii, ea ciuitas
Piceni, nō iam amplius Sena, sed Senogallia, seu Senagallia, vel Senagallia appellabatur. Quod ex verbis Plinii & Claudij Ptolemai liquidò constat.
Plinius enim Coloniam Senensem inter mediterraneas Etruria colonias diserte enumerat, idemq; paulo post etiam Senogalliam in sexta regione Italia
collocat. Ptolemaus vero, non solum in Latinis, ac typis excusis, sed etiam in Græcis, usdemq; antiquissimis, & manu scriptis codicibus, Senam inter
mediterraneas Etruria ciuitates, Senam verò Gallica (sic enim eam appellat) inter alias Senonū ciuitates, prope Anconam & Fanum fortuna, reuēset.

Episcopatus dignitatem quo tempore primū hac ciuitas adeptā fuerit, quamquam adhuc non satis exploratum sit, illud tamen certo constat, quod
inter 46. plus minus Episcopos, omnes vbi Roma propinquos (qui in prima Rom. Synodo sub S. Hilario Rom. Pont. eius nominis primo, Anno à natali
Christi 465. conuenerunt) interfuit etiā Eusebius Episcopus Senensis. Itemq; in secundo Concilio Lateranensi, sub Martino pariter primo. Anno 652.
ab eodem natali celebrato, inter 125. Episcoporum subscriptiones, leguntur etiam hæc, videlicet; Maurus Casenatis Ecclesie Episcopus. Maurus Epi-
scopus S. Senogalliensis Ecclesie. Maurus Episcopus S. Senatis Ecclesie. Eodem loquendi modo, quo etiam Clusinus, Roxellanus, & Faentinus Epi-
scopi, eorum Ecclesias Clusinatem, Roxellatē, & Faentinatē appellant. Pariterq; inter eundem ferè numerum 125. Episcoporum, qui subscripserūt
epistola Agathonis Rom. Pontificis, quam Legati ab eo ad sextam œcumenicam Synodum Constantinopolitanam celebrandam missi, Anno 673. secum
attulerunt, legitur etiam subscriptio huiusmodi, videlicet; Vitalianus Episcopus S. Ecclesie Senensis. Quò fit, vt cauillari non possit, quod Episcopus
Senensis sit idem qui & Senogalliēsis: vel quod pro Episcopo Senate, legi debeat Episcopo Casenate. Tum quia ex Plinio & Ptolemao supra citatis per-
spicue constat, quod etiam eorum ætate Sena illa Piceni, nō iam amplius Sena, sed Senogallia appellabatur: tum etiam quia supradicto Concilio Late-
ranensi, non solum Senatis, sed etiā Casenatis, & Senogalliensis Ecclesiarum Episcopi, vno eodemq; nomine appellati, subscripserunt. Et insuper secun-
da & quarta Synodus Romanis, sub Calio Symmacho circa annos Domini 498. conuocatis, subscripsit etiam Venantius Episcopus Senogalliensis.

Caterū Pius I. Pont. Max. an. 1459. (quo etiam anno idem Pius Pontifex creatus fuit) Sena oriundus, Ecclesiam Senensem ex Episcopali
in Archiepiscopalem erexit; illiq; Suanensem, Clusinensem, Crassetanensem, & Massanensem, Episcopos, in Suffraganeos assignauit, eorūque Ec-
clesias eidem Archiepiscopo subiectas esse decreuit.

Hæc Casar Orlandus de patria sua origine & antiquitate nobis misit; idq; non alia (vbi scribit) ratione, quam vt Blondi, & nonnullorum recen-
tiorum scriptorum, qui de ea contra quam res se habet scripserunt, opinio prorsus (si fieri possit) euellatur.

Montem Argentarium eleganter describit Claudius Ptolemaus Senensis, libro 6. epistolarum, ad Gabriëlem Cesanum.

MARCA ANCONAE.

OLIM hæc Regio Picenum vocata fuit, hodie Marcam Anconitanam ab eius vrbe primaria appellant. Quondam quoque Marca Fit-
miana ab eius oppido dicta fuit, vt Blondus prodit. Ab Isauro flumine vsque Druentum amnem, inter Hadriaticum mare, & Apenni-
num montem exporrigitur. Picenos, Umbros, & Senones hunc tractum quondam incoluisse litterarum monumentis constat. Habet hæc
Regio agrum fertilem, omnis generis frugum copiam producentem, sed lignariis quam frumentariis fructibus longè est præstantior. Silius
eius laudem præcipuam in oleis prædicat.

Vrbs eius primaria (vt diximus) Ancona est, à situ nomen habens; quod in Cimmetio promontorio, tamquam cubitum in Hadriaticum
mare promineat. Vnde huius vrbis antiqua (quæ ex terra interdum eruuntur) numismata, cubito calamum manu tenente, insignita conspi-
ciuntur. Habet hæc vrbs portum antiquitate venerandum, à Traiano Imperatore exædificatum, quod ex eius matmorea inscriptione ibi-
dem ostenditur. Est & Ælia Ricina, quod & Ricinetum, hodie id oppidum Recanati vocant, in monte situm est, cuius nundinas (quibus cer-
tis anni temporibus gaudet) ex omnibus pænè Orbis partibus frequentatas vidimus. Non longè abhinc est diuæ Mariæ Lauretanæ fanum,
validissimo muro cum vico illi adhærente cinctum. Cuius delubri magnificentia ac loci religio tanta est, vt in ipso statim introitu nemo non
in admirationem rapiatur. Fanum hoc omni bellico instrumento, tum ad defendendum, tum ad ferendum, ne à piratis diripiatur, egre-
giè munitum est. Vicus ferè cauponibus, stabulariis, calceariis, aliisque id generis hominibus constat, à quibus hic toto anno ex omnibus
propemodum regionibus votorum causa maximo numero confluentibus necessaria subministrantur. Est & oppidum cum arce Fabreanum,
huius incolæ ferè ex charta nobili, quæ inde Fabriana nuncupatur, victum parant. Sunt præterea alia præclara in hac regione oppida, quo-
rum descriptionem apud Leandrum luculentam habemus. Hanc regionem carmine descripsit Franciscus Pamphilus.

Apenninus mons hoc loco vbi huic regioni imminet, editissimis iugis se ipsum superat, in quibus Antrum illud horribile est quod Sibyl-
læ cognominant (Grotta de la Sibylla vulgò) atque Campos Elysios fingunt. Vulgus enim in hoc Antro Sibyllam quandam somniat, quæ hic
regnum amplum magnificis Regiisque palatiis plenum, hortis amœnissimis constitum, lasciuientibusque puellis, & omnis generis delicia-
rum copiam abundantem possideat. Atque hæc omnia communicari cum iis qui eam per hoc antrum (quod omnibus pateat) adeant. Post-
quam verò per annum in eo permanerint, liberam egrediendi facultatem (si velint) eis à Sibylla largiri prædicat, atque ex eo ad nos reuer-
sis, felicissimo deinceps toto vite tempore vti asserit. Hoc Antrum nostratibus quoque innotuit, sub nomine *Don Venus bergh*, quasi dicas,
Dominæ Veneris montem. Inde versus quidam rhythmicus Teutonicus vulgò cantitatur de quodam paruo Daniele (sic enim cantio eum vo-
cat) qui postquam toto in hoc antro anno mansisset, eius vitæ tandem pœnituit, eoq; hanc suam Venerem deserens, Romam proficiscitur,
Pontificemque adit, & peccatum confitetur. Pontifex hoc peccatum minimè veniale credens, baculum quem fortè effertum & aridum ad
manus habebat, in terram defigens, sua illi peccata remissum iri dicit, quam primū hic baculus rofas ferret. Daniel ex hoc responso de
sua salute desperans, mæstus abiit, denuoque (duobus ex sorore nepotibus secum ductis) ad suam Venerem reuertitur. Triduum verò post
visus est baculus efflorescere, quæsitus vbiq; terrarum Daniel, sed nusquam apparuit. Creditur enim, eum reliquum suæ vitæ terminum in
antro hoc finiuisse. Hæc huius cantilenæ historia, digna, cuius fides huic suæ Sibyllæ, aut Veneri imaginatæ, deferatur.

CORSICA.

CORSICA Maris Mediterranei Insula, variis olim populis inhabitata fuit. Hodie bifariam in duas partes eam distinguunt. Plagam qua
Orientem Solem respicit. Latus interius; partem verò huic obuersam, Latus exterius vocant. Pars qua Italia propinquior est, Cismontana; &
qua versus Sardiniam excurrit, Ultramontana dicitur. Incola tamen alter alterum Ultramontanum, se ipsum verò Cismontanum ad montium situm
respicientes, appellant. Insula est ab omni parte aditu difficilis, cum præruptis vndiq; collibus comprehensa sit. Interius similiter magna ex parte monto-
sa, ideoq; frumenti non adeo fertilis est; vno tamen commendatur, quod hinc Romam exportatur. Corsicumq; à loco nomen habet. Gignit & equos fe-
roces, & canes venaticos spectata magnitudinis. Musmo quoq; animal, Plinio auctore, hic est, arietis genus, quod lana loco villi fert caprinum. Moso-
li hoc hodie vocant. Hoc animal tamen à Strabone in Sardinia describitur. Incolas pro strenuis militibus Italia habet. Mel amarum veteres hic inueni-
ri scribunt. Hæc insula primū à Tyrrhenis occupata fuit, deinde à Carthaginensibus; his eam eriperunt Romani, qui eam tenuerunt vsq; dum Sa-
raceni eos expulerunt. Hos ex ea profligarunt Genuenses. Tandem capta à Pisanis, Pontificibus cessit. Vltimò ad Genuensium iura rediit, quibus hæc
nus obedit. Hanc insulā tam accuratè, ex Augustini Iustiniiani cōmentariis describit Leader Albertus, vt omnino nihil in ea desiderari posse videatur.





Cum Privilegio.

SENESENSIS DITIONIS,
ACCURATA DESCRIP.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

Ad Montem Argentarum duo thimorum
capti sunt, teste Strabone; et etiam
hostis hic maxima copia presentur. Mentes
et huius montis Rutillus Claudius Numa
hanc in suo itinerario.

Meridies



REGY

17

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several paragraphs and is difficult to decipher due to its low contrast and the age of the paper.]



REGNUM NEAPOLITANVM.

VNIVERSVM hoc regnum hodie continetur inter Hadriaticum & Tyrrhenum mare, ab amne Truento, & Fundis, vsque ad Fretum Messanæ: continetq. nouem opulentissimas, amœnissimasq; Italiae regiones; Eæ sunt, Latij pars, Campania felix, Lucani, Calabria, Magna Græcia, Salentini, Apuli Peucetij, Apuli Dauni & Aprutium.

Vrbs, quæ regno dedit nomen, lautissima ciuitas Neapolis, maris littori & amœnissimorum collium radicibus apposita est; Aërem habet placidissimum & mollem, agrum iucundissimum; eoq; hac ætate Principes, illustresq; viri non minori frequētia quàm olim, Neapolim concurrunt: etenim vniuersi ferè regni huius reguli maiorem anni partem hac in vrbe exigunt, ædesq; splendidissimas ferè omnes habent: vnde Principum, Ducum, Marchionum, Comitum, Equitum, Doctorum, Baronum, ac nobilium hominum plena confertaq; adeò est, vt paucissimas Orbis terræ ciuitates huic exæquari incolarum nobilitate posse censeam. Vrbs spatium amplectitur magnum, inter mare, amœnissimosq; colles ædificata magnificè, mœnibus firmissimis, præsertim haud pridem iussu Caroli V. Imp. consecrata, munitaq;. Ædes cum Diuorum, tum hominum ornatissimas ac splendidissimas, arcesq; pænè inuictas habet. Ædes præ ceteris amplissime sunt, Ducis Grauinensis; item Salernitani Principis. Viæ ciuitatis perelegantes, directæq;. Curiaë quaternæ, quas Sedes appellant, Capuana, Nidensis, Montana, Diuique Gregorij; quò Principes, Duces, Marchiones, omnesq; ceteri ordines ad consultandum de rebus publicis conueniunt. Arces fortissimæ sunt hæ; Castellum nouum; hoc Alfonso primus instaurauit, operibusq; maximis sepsit, adeò vt firmissimis Europæ totius propugnaculis adnumerari meritò queat. Castellum hinc Capuanum, quod nunc conciliis habendis, & imperij, ciuitatisq; negotiis attributum est. Item Castellum Oui, modico extra urbem spatio, in scopulo (Meagrum veteres appellabant) cinctum mari. Præter hæc, Castellum Santemerense est in rupe, mœnibus vrbs imminente, superioribus anniis à Carolo V. mirificè cõmunitum. Extra muros Australi parte moles in mari, opus arte summa factum conspicitur, ad Portus commoditatem atque tutelam, nauibus ex omnibus ferè orbis partibus perpetuò pleni. Gymnasium etiam omnium disciplinarum Neapolis habet; ad quod studiosorum ex toto regnò maximus fit concursus.

Extra magnificentissimam hanc ciuitatem, ager amœnissimus atque iucundissimus est, non solum rebus ad hominum, animaliumq; necessitatem; sed etiam ad voluptates atque delicias opportunis vndique confertus. In primis omne genus frumentum, viniq; nobilissimi summam abundantiam fundit, adeò, vt qui non viderit, tantum vnus iugeri cum frumēti, tum vini vbertatem esse posse, haud facillè credat. Colles item hoc in agro feracissimi, pleniq; nobilissimorum fructuū; & aliqui theatrorum instar areas planas cingentes, venationibus ferarum opportunas. Præterea circum Neapolim horti amœnissimi cultissimiq; medicis, ac eiusmodi generosis arboribus, ornati, dulcissimoq; riuulorum vndique discurrentium murmure resonantes sunt. Nec vsquam abest odorum suauitas, quod passim abundantia myrti, lauri, gelsamini, rosmarini, rosæ, &c. aspirat. Breuiter, horum locorū amoenitas, elegantia, delectatio, vix intra modum humanum consistere mihi profectò videtur, vt mirari nemo debeat, cum olim, tum hac ætate, præcipuos homines vitam hinc degere solitos. Hæc ex Leandro excerpsumus; apud quem plura: qui hanc urbem eiusq; territorium atque regnum tam absolutè describit, vt Lectorem ad alium auctorem minimè relegare visum fuerit. Extat tamen libellus Alexandri Andreae, de bello inter Philippum Hispaniæ regem & Paulum IIII. Pontificem maximum gesto, ex quo his non satiatus Lector, quædam de hoc regno non aspernanda passim inueniet; libellus hic à Hieronymo Ruscello editus est lingua Italica. Sed & Ioannes Baptista Caraffa, Pontanus, & Pandulfus Collenutius, huius Neapolitani regni historias descripsere: in quibus multa quoque de regionis situ tradunt. Gabriel Barrius accuratè admodum suam Calabriam litteris comprehendit: & Sanfelicius Campaniam.

Maris Hadriatici siue Superi pars, nunc Diomedes insule, nunc S. Maria de Tremiti

Golfo di Vinetia



Ionij pars

Maris


pars.

Inferi maris

REGNI NEAPOLITANI VERISSIMA
MA SECVNDVM ANTIQVORVM ET
RECENTIORVM TRADITIONEM
SCRIPTIO, PYRRO LIGORIO AVGVSTO



Con gratia



SICILIA.

NEMO veterum Historicorum vel Geographorum non meminit, atque studiose hanc insulam descripsit, in primis Strabo, Plinius, Solinus, alijque. Hanc optimam insularum omnium appellat Diodorus. Solinus item, quicquid hæc siue soli, siue hominis ingenio gignit, proximum esse his, quæ optima iudicantur, scribit. Ex Neotericis verò sic eam describit Vadianus.

Sicilia non fertilitate modò (ob quam tamen Cereri & Baccho à veteribus consecrata fuit, & horreum etiam urbis Romæ credita) sed frequentia atque vetustate oppidorum, annuum commoditate, & rerum gestarum memoria, victoriisque Pænorum & Romanorum altercantibus, super omnes alias insignis. Urbes eius septuaginta duas Plinij ætas numeravit. hodie duodecim Episcopatus feruntur, latè patentibus diocæsisibus. Tenuere eam multis annis Sueuorum Duces. Ab Anglis & Lotharingis etiam petita inuasaque fuit, hoc maximè tempore, quo in Syriam & Saracenos expeditiones sumebantur. Postremò in regum Aragonum Hispaniæ manus peruenit, hodieque iisdem obsequitur. Neque alia est, quod quidem sciam, toto orbe insula, quam ex æquo Græci & Latini scriptores partim nobilitate insulæ, partim autem occasione rerum gestarum, celebriorem reddiderint.

Qui plura velit, Benedictum Bordonium, qui omnes Orbis terrarum insulas vno volumine comprehendit, Leandrum Albertum, Dominicum Nigrum, Franciscum Maurolicium, Marium Artium, qui eam doctissime, & tandem Thomam Fazellum Siculum, qui eam exactissime, plenissimeque describit, legat: apud quem quoque Aetnæ montis historiam habes, de quo etiam Petrus Bembo peculiarem libellum edidit. Sed lege etiam Ciceronis Orationes in Verrem. Thucydides libr. 6. pulchrè huius insulæ originem & incolas describit. Totam Siciliae antiquitatem ex numismatibus restituit Hubertus Goltzius.

SARDINIA.

HUIS insulæ pulcherrimam habes descriptionem apud Munsterum, auctore Sigismundo Arquero Calaritano Siculo. Eandem Leander Alb., Benedictus Bordonius, Nicolaus Leonicus, præter veteres auctores habent, inter quos Pausanias non contemnenda de hac insula habet. Hæc Romanorum rebus collapsis, Saracenis aliquando paruit, ab his interim à Pisanis vindicata fuit. Nunc verò unà cum Siciliae regno Hispanis subest.

MALTA olim MELITA.

HANC insulam eleganter descripsit Quintinus Hedus, singularemque libellum de ea edidit. Hanc olim D. Paulus appulsu suo naufragio factò nobilem reddidit. Sed his annis proximè elapsis, fugata illa Turcorum maxima classe, Hierosolymitanis Equitibus propugnatoribus eam fortiter atque immortalis gloria defendentibus, multò celebrior facta est. Vide quoque Fazellum de hac insula.

ELBA olim ILVA.

TUSCORVM Ducibus hodie hæc insula paret, atque nouo propugnaculo aduersus Turcorum incursiones tuta facta videtur. De noua in hac insula Stephanitarum Equitum (ad instar Hierosolymitanorum in Melita) auctore Cosmo Medice, anno 1561. institutione, vide Cælium Secundum, in bello Meliteni. Hanc insulam admodum metalliferam esse ex veteribus Geographis constat. Hodie ferrifodinis diuitem scribit Leander, qui eam Magnetem lapidem etiam producere ait. Alumen liquidum item ex hac insula ad nos deferri tradit Matthiolus.

CORFU olim CORCYRA.

INSULA maris Adriatici, Venetorum ditionis, in ea arx munitissima eiusdem nominis, præsidio contra Turcos obfirmata. eam describunt (omissis veteribus Geographis) Volaterranus, Benedictus Bordonius, & N. Nicolaius, in obseruationibus suis Orientalibus, &c.

ZERBI.

CLADES classis Christianorum, quæ anno 1560. apud hanc insulam accidit, eam innotescere fecit. De situ, magnitudine, & quibus gubernetur, lege Ioannem Leonem Africanum, lib. 4. Descriptionis Africae.

INSVLARVM ALIQVOT MARIS MEDITERRANEI DESCRIPTIO.





CANDIA, olim CRETA.

CRETAM hodie Candiam vocant; maior est Cypro, minor autem Sicilia & Sardinia; quibus solis in toto mari Mediterraneo cedit, interim nobilitate & fertilitate par omnibus. Olim centum urbibus claram fuisse prisca scriptores tradunt: earum circiter quadraginta Plinij ætas nouit; hodie verò, Bellonio auctore, tres tantum alicuius nominis habet, quæ sunt, Candia, Venetorum colonia, vnde insulæ nomen, Canea & Rhetimo. Ambitus insulæ quingentorum viginti millium passuum est. Vbique montosa, obque id incolæ admodum venationibus addicti. Nullus inibi navigabilis fluuius. Sed neque noxium animal gignit. Hanc insulam nobilem, ex toto terrarum Orbe cognitam, facit optimum vinum, quod incolæ Maluasiæ vocant; indeque per omnes Orbis ferè partes auhitur. Hoc vinum antiqui Præmnum vocarunt, auctor Bellonius. Volaterranus putat hodie pro Aruissia, Maluissia dici, adiectione vnus litteræ; additque quod id genus vitium ex Aruissio Chius insulæ promontorio (vnde Aruissia vina olim) in Cretam delatum sit. Cupressorum arborum ad naues fabricandas, hic maxima copia. Hæ tantæ altitudinis nascuntur, aded vt spectabilius nihil humano visui sit, inquit Dom. Niger. In hac insula Labyrinthus fuit à Dædalo ad Ægypti exemplar (Plinio teste) fabricatum. Huius adhuc extare vestigia Georgius Alexander eius insulæ Præsul, apud Volaterranum auctor est. Mons est effossus (inquit) ac vndique concauus, vna tantum & angusta via aditur. Dux loci peritus præcedit cum ardente funali, inextricabilem errorem per tenebras monstrando. Petrus Bellonius verò, antiquorum operum diligens inuestigator, & qui hanc insulam nostra tempestate non otiosè perlustrauit, lapidicinam hic olim fuisse, non Labyrinthum ait; vulgo Cretensi sic tamen vocari: quod verisimilius est, cum Plinius scribat suo tempore nulla extitisse eius vestigia. Sed huius loci ex Bellonio hic adiciam descriptionem. Locus est inter Gnossum & Cortynam, qui cum olim ad lapides excidendos admodum idoneus videretur, indigenæ eius loci lapidicinam ibi construxerunt, ex qua cum multi lapides indies exciderentur, multa subterranea excisa sunt diuerticula, ita vt cum quis per lapidicinam incedit, in multos anfractus incurrat. Letho flumini vicinus est Pseudolabyrinthus ille, in quem cum quispiam est ingressurus, necesse est eum rusticos è vicino pago accersere, vt cum candelis ingrediatur. Sed in ea tot vespertilionum stabulantur; vt nisi quispiam sibi ab eis caueat, dum obuolant, suis alis faces extinguant. In lapidicinæ autem centro magni reperiuntur stercoreum vespertilionum acerui, tenellique adhuc eorum catuli pendentes. Patres cum volare desierint, se nec parieti affigunt, nec in pedes stant, sed illic in trabe pendent, quod nostri in lignorum rimis faciunt. Hactenus Bellonius. Huiusmodi vespertilionum historiam, planè vt eam hic describit Bellonius, videor mihi interfuisse, cum Roma Hostiam animi gratia proficiscebam, atque in itinere ad portum Traiani, vt eius ruinas conspicerem, sub terram, conducto prius meo hospite, vt face ardenti præiret, descenderim. Ioui olim consecrata fuit, quod eum hic natum alitumque & sepultum credidit antiquitas. Bordonius testatur ad hulus Insulæ partem Septentrionalem esse sub terra antrum, hominum opera excauatum; patens quadraginta cubitos in longitudinem, quatuor verò cubitorum latitudinis; atque hoc hodie Iouis sepulchrum appellari, & in huius capite etiamnum eius Epitaphium litteris scriptis extare.

Incolas olim nauigandi peritia maritimarum vsu principatum tenuisse, vt qui mari cinguntur vndiquaque, scribit Strabo; atque inde adagium, Cretensis mare nescit. Horum etiam vanitatem, fraudulentiam, mendacitatem, & alias improbitatis notas, plurimis conuiciis incessit antiquitas: hinc adagia, Cretiza cum Cretensi, Cretensis Cretensem, Cretensis cum Aegineta, E Creta raptus, &c. Quæ ratione quoque apud Diuum Paulum malè audiunt. Sed vereor ne quod parçemiis in Cretenses iactatur, re vera quoque, in quamplurimas alias nationes (ne dicam omnes) nimium quadret.

Hanc insulam primus in Romanorum potestatem redegit L. Cæcilius Metellus Creticus anno ab vrbe condita DCXXCV. Sequentibus temporibus sub Imperatoribus Constantinopolitanis fuit; postea concessa Bonifacio Montisferratensi, à quo demum Venetis diuendita fuit, anno à Christo nato M C X C I I I I. quibus hodie paret. Strabo inter veteres hanc diligenter descripsit; inter Neotericos verò Dominicus Niger, Volaterranus, Vadianus, Zieglerus, & Benedictus Bordonius. Sed nostra ætate omnium optimè Iodocus à Ghistele in suo Itineratio Hierosolymitano, & Bellonius in suis Obseruationibus. Iodocus à Meggen quædam quoque quæ ad huius cognitionem attinent, adducit; in sua peregrinatione Hierosolymitana. Tabulæ huius delineationem debent lectores, nobili viro non tantum geographiæ studio, sed & omni generis elegantiarum summo admiratori Domino Franciscò Superantio Veneto.

ARCHIPELAGI INSULAE ALIQVOT.

MARIS Aegæi (quod hodie Archipelagus vocatur) insula plures sunt, vt Cyclades, Sporades, aliæque multæ, quarum hæc pagina quasdam ex præcipuis damus, vt NEGROPONTEM, olim Euboea: cuius vrbs primaria Chalcis olim dicta, nunc quoque, vt ipsa insula, Negroponte vocatur. Sub Venetorum imperio quondam tota fuit. Quibus erepta à Turcis fuit, circa annum M. CCCC. LXXI. Hac oleo, frumento, vnoque abundans, cunctisque terra nascentibus maiorem in modum fertilis, potissimum autem aptis nauium galearumque fabrica lignis, vt tradit Anonymus, qui eius direptionem descripsit. Incola, (quod ferè cum ceteris huius pelagi insularum commune habent) partim Græci, partim Turci. vterque sua lingua, & religione vitur. NICOSIA, quondam Naxos, inter frugiferas insulas hæc etiam numeratur. Vini admodum fecunda est. Venam auris hic esse, sed ignauia desidii que incolarum non inueniri, sunt qui credunt. Vespæ insectum in ea, cuius punctio homini mortem adferre dicitur. Vespertilionumque magna copia. Iohanni Quirino nobili Veneto hæc quondam paruit. Postea sub quodam duce Iacobo Crispo fuit, quem Solimus Turcarum Imp. hinc expulit. Habitat utraque hodie à Turcis & Iudæis. SANTORINI, Therasia antiquorum est. A litore sensim accumulatur hæc insula versus eius vmbilicum, quo tandem in montem assurgit, in quo arx Scæro. Piscatoriibus ferè vitam agunt. Et hæc vt cetera, subiugata à Turcis est. SCIO, veteribus Chios, tota montibus & arboribus occupatur: multisque torrentibus est irrigata. Vinum Aruissum dictum (Maluasia hodie) hinc primum translatum serunt in Candiam. Mastichen vna hæc insula generat, totique Europa subministrat. Genuensibus donata fuit ab Andronico Paleologo Imp. Constantinopolitano, à quibus gubernata fuit, vsque in annum M. CCCCC. LXV. quo Solimannus eam sibi fraudulenter subiugauit. Fæmina huius insule commendantur præ ceteris forma & venustate. RHODVS antiquum nomen retinet. Habet urbem cognominem, munitissimam, cum portu satè capaci. Colosso Solis hæc insula nobilitatur, septuaginta cubitorum altitudinis, qui terramotu fractus genibus collapsus fuit. Quidam Constantio imperante (vt refert Dominicus Niger) Ægypti ab Alexandria in insulam transfretantes, inter alia colossus hunc demoliti sunt: ex cuius are nongentos camelos fuisse oneratos dicunt. Equitibus Hierosolymitanis data fuit ab Emanuele Imp. Constantinopolitano, qui eam fortiter sepiusque, contra Turcorum insultus tutati sunt, vsque in annum M. CCCCC. XXII. quo à Solimanno terra marique, obfessi se dedere coacti, in insulam Melitam transmigrare. Vide de hac Theodoricum Adameum. STALIMENE, hæc olim Lemnos vocauerunt. De ea lege, quæ ad Cypri tabulam scripsimus. MILO, ea Melos prisco auctore dicebatur. In hac argenti fodina, & Sardoniis lapis reperitur. METELLINO, Lesbium hanc veteres nuncupabant. Habet urbem cognominem, collapsam terramotu: cuius loco hodie superest arx munitissima. Sub Turcorum imperio vt cetera, vitam degunt, anita tamen lingua & religione. CERIGO, Cythera ab veteribus scriptoribus nominatur. Habet multos portus, sed non admodum capaces, & malefidos. Qui eam habitant Græcè loquuntur, & Græcorum religionem amplectuntur: Venetorum tamen dominio subsunt. Plura de his insulis legenda sunt apud Bordonium, & Porcacchium, qui de Insulis peculiaribus volumina ediderunt, lingua Italica.


SEPTENTRIO.

CANDIA

INSVLA.



OCCIDENS.



ARCHIPELAGI INSVLARVM ALIQVOT DESCRIP.



ORIENS.



MERIDIES.

C Y P R V S.


Cypus inter maiores maris Mediterranei insulas locum sibi vendicat. Tota insula figura parte altera longior est. Huius Metropolis & Regia, est Nicosia. Est & Famagolarum est inferior, nam & vino abundat, & oleo, frumenti quoque satis habet. Aeris etiam idonea. Canna mellis multa in ea reperitur, ex qua saccharum excoquitur. Vini etiam, quod cum Cretico certare posset, est ferax. Ex pilis quoque caprarum, pannus conficitur, cui Zambelloto nostra ætas nomen dedit. Multas res insula ad alias gentes mittit, ex quibus lucra non pauca redundant. Alienis non multum eget, sed aerem parum salubrem habet. Tota insula deliciis incumbit: feminae admodum lascivæ sunt. Tam eximia fertilitatis est, ut olim Macaria, id est, beata dicta sit, & tantoperè luxuriæ dedita, ut ob id Veneri sacra credita sit. Habet insula in circuitu quadringenta & viginti septem millia passuum, in longitudine verò ducenta, Bordonio teste. Veneti eam iure hæreditario possident. eamque per Prætores administrant. Diodorus Siculus libro 16. scribit in hac insula novem vrbes insigniores fuisse, habuisseque singulas singulos reges, quibus parebant: qui tamen omnes regi Persarum audientes erant. Minora oppida quæque suis regibus obsequium præbebant.

Sed ut huius insulae fertilitas magis elucescat, Am. Marcellini de ea elogium adijcere iuvat. Is enim in eius descriptione hæc refert; tanta tamque multiplici fertilitate abundat rerum omnium Cyprus, ut nullius externi indigens adminiculi, indigenis viribus, à fundamento ipso carinæ ad supremos usque carbasos ædificet onerariam nauem, omnibusque armamentis instructam, mari committit. Sextus Rufus item de ea hæc habet: Cyprus famosa diuitiis, paupertatem populi Romani ut occuparetur sollicitavit, ita ut ius eius insulae auarius magis quam iustus finis affecuti. Sed hoc, ô Rufe, non est Romanæ virtutis præconium mercenarium, ut dicitur.

Ex veteribus eam scriptis suis celebrarunt, Strabo, Mela, & ceteri Geographi. Ex Neotericis Benedictus Bordonius, in suo opere insulari, Vadianus, Pius 11. Pontifex & Dominicus Niger, Sabellicus, Volaterranus, & optimè Iacobus Zieglerus.

S T A L I M E N E, olim L E M N O S.

LEMNOS insula maris Ægæi est, inter Thraciæ Cherronesum, & Athon Macedoniae montem, Thraciæ opponitur: Vulcani officina olim clara, & terra quæ in ea effoditur, & Lemnia ab ea nominatur, etiamnum notissima. Hodie Stalimene Turcis & Italis vocatur. Centum millibus passuum in circuitu (ut Bordonius refert) patet. Plana, si eam cum circumiacentibus insulis conferas, videtur. Quæ Orientalem plagam aspicit, aridam & frugibus minùs idoneam; inter Meridiem & Occasum verò, ubi humidior extat, fertiliorè esse scribit Bellonius. Vrbes in ea olim Myrina, & Ephestias. Hæc hodie prorsus deserta est, & Cochino appellatur. Illa parui nominis hodie oppidum, in Peninsula, angusto Isthmo insulae iuncta, positum; hoc Lemno nostra ætate dicitur. In hac insula labyrinthum fuisse tertium ab Ægypto, eiusque suo tempore adhuc reliquias extitisse, Plinius auctor est. Sed Bellonius eius vestigia diligenter quærens, nulla eius illi prorsus visa esse, nec incolarum quemquam reperisse, qui aliud quam eius ruinas quasdam illi indicare posset, inuenisse scribit. Idem 75. pagos in ea superesse dicit. Terra quæ olim Sphragida & Lemnia, hodie Sigillata vocatur, nunc uti olim hic non sine superstitionis apparatu effoditur, idque singulis annis, sexta Augusti, alio tempore minimè. Sub capitis enim poena cautum est, ne quis clam vel palàm eò ad fodendum accedat. Locus ubi effoditur, Montem Vulcani appellant. Herbarum, serpentum, pisciumque genera, quorum hic est proventus, item quibus caerimoniis & apparatu, terra quam Lemniam vocant, ex terra extrahitur, aliaque huius insulae peculiaris, videre est lib. primo Observationum P. Bellonij. Matthiolus quoque ex Albacarij ad Augerium Busbecanum literis, Sigillatæ terræ & effodiendi ritus descriptionem accuratam, in suis in Dioscoridem Commentariis habet. Vide de ea quoque Hodæporicum Byzantinum Hugonis Fauolij.



S. E P T E N T R I O .

O C C I D E N S .

O R I E N S .



LEMNOS INSVLAE
descriptionem ex Petri Bellouij
libro de Aethiis, hoc in loco
tanquam parergon adiecitimus



M E R I D I E S .




G R Æ C I A.

GRÆCIA, quæ olim omnium bonarum disciplinarum tanquam mater & parens fuit, ex opulenta & diuite regione, suaque virtute magnæ parti Orbis quondam dominante, cò hoc tempore redacta est (sic fors & tempus omnia versat) vt nihil reliquum relictum sit, quod non aut Turcarum iugo, aut Venetorum seruituti subiectum, aut tributarium factum sit. Turca maiorem partem occupat. Veneti in ea insulas aliquot duntaxat possident. Qui sub Venetis sunt, meliorem habere conditionem videntur (quantum ad religionem spectat) quàm qui Turcis sunt subiecti. Et vt ij qui Turcis parent, illorum mores imitantur; sic, qui Venetis, eorum ritus sequuntur. Interim omnes in tantis ignorantiae tenebris versantur, vt in tota Græcia nulla inueniatur Academia: nec etiam curant illorum pueros litteras doceri. Omnes etiam indifferenter corruptam ab antiqua linguam loquuntur: sed alij aliis elegantius. tamen illorum lingua melius conuenit cum veteri Græca, quàm Itatorum cum antiqua Latina. Qui vrbes Venetorum imperio subiectas habitant, tam Italicè quàm Græcè loquuntur: qui verò ruri degunt, nihil nisi Græcè. Qui Turcicas ciuitates in ea incolunt, Turcicè & Græcè: sed qui pagos, Græcè tantùm loqui sciunt. Habent etiam hoc sæculo, vt & olim, varia idiômata vulgaria: nam vnus Prouinciæ homines melius, alterius verò deterius loquuntur. quamobrem illis accidit, quod in aliis Europæ partibus videmus, vtpote, quòd alter alterius ineptam, vt sibi quidem videtur, pronuntiationem rideat, subsannetque: sic vt etiam pueri Constantinopoli nati, transmarinos derideant, ob accentuum varietatem, in quibus cum illis non conueniant; haud aliter, quàm Italus, qui Tuscanam, aut Gallus, qui Gallicam, aut Hispanus, qui Castellanam linguam profitetur, omnia cetera suæ regionis idiômata contemnit, exsibilatque.

Vt autem in genere describamus omnium incolarum viuendi morem, operæpretium visum est, Nobiles & ciues à ceteris plebeiis, infimæque fortunæ hominibus discernere: nam quorum census est amplior, & in maiori existimatione haberi volunt, Principum, quorum imperio subsunt, more vestiti conspiciuntur; ita vt qui sub Venetis degunt, Venetos, & qui Turcis parent, Turcos vestitu expriment. Sed cetera plebs sub cuiuscumque ditione sit, tam in continenti quàm insulis, aliquid suæ antiquitatis hæcenus retinet: nam plerique omnes comam ab occipite nutriunt, & à fronte sinciput tondent, vtunturque magnis duplicibusque pileis. Insulares in religionis exercitio vtuntur omnes ferè eisdem ritibus eademque forma cærimoniarum. Plerique omnes Turcarum more non multum supellectilis habent, nec lectis plumis refertis vtuntur; at eorum loco culcitræ quasdam habent, ex tomento siue lana confectas. Omnes odio habent vinum aqua mixtum, & vsque in hunc diem antiquum propinandi morem obseruant, & præcipuè Cretenses: in eo autem differunt à Germanis, quòd isti inuicem vrgent magnis culullis: Græci verò paruos haustus inuicem propinant. vnde vt olim antiquitus, ita & nunc Græcari pro inebriari dicitur. Sed quia in bibendo certas quasdam leges seu cærimonias obseruant, easdem prætermittere nolimus. Primò vtuntur valde humilibus mensis, & bibunt per vices, nunquam ordinem prætermittentes, ita vt si quis extra ordinem, hoc est, antequam ad illum peruenisset bibendi ordo, vinum posceret, magnæ inciuilitatis haberetur. Et qui promptissimus est ad infundendum, poculum tenet, ceterisque omnibus solus per ordinem infundit. Vtuntur in istis comotationibus paruo quodam vitro sine basi aut pede, ita vt minimè è manu reponi liceat, illudque omnino ebibunt, ne guttam quidem vini relinquentes. Interdum sese inuicem prouocant ad bibendum Germanorum more, & tum quidem amplectuntur se mutuo, manumque alter alterius cõtrectat, illamque osculatur, fronti que adinouet; deinde malas siue genas tam dextram quàm sinistram exoculantur, sed tunc non obseruant bibendi ordinem. Et quia fortissimum illud vinum paruis haustibus potitant, & inde valde incalescunt, semper cantharum aqua plenum præstò habent, & similiter magnos aquæ haustus ingurgitant, ut sese iterum refrigerent: nam aliter haudquaquam sitim sedare possent. Mulieres non adsunt illorum comestationibus. Vetus ille mos ethnicorum deplorandi mortuos, etiam hodierno die per totam Græciam obseruatur, vt & in vicinis regionibus. Quæ res valde est absurda: nam postquam aliquis vita defunctus est, mulieres certo quodam in loco conueniunt; & ab ipso summo mane vlulatum quendam ordiuntur, percutientes pectora, vnguibus genas lacerantes extrahentesque capillos, ita vt planè miserabile spectaculum exhibeant. Et vt melius hæc mysteria peragerentur, mulierem conducunt egregiè canoram, quæ ceteris præcinit, vt intermissiones, pausas vocant, & accentus huius næniæ melius intelligerentur: atque in hoc planctu laudes virtutesque defuncti recitant, incipientes ab ipsius natiuitate, vsque ad extremum eius halitum, &c. Hæc ex Petri Bellonij Obseruationum lib. 1. transtulimus, vbi plura.

Ex veteribus hanc regionem descriperunt Strabo, & Mela; sed omnium studiosissimè Pausanias. Ex Neotericis, Nicolaus Gerbelius, & Wolfg. Lazius, qui citat etiam quendam Anton. Vrantium Episcopum Agriensem, vt qui eam peragrauit, atque eius descriptionem recentiorum, recentioribusque vocabulis propediem in lucem proferet. His adiungere licet Hugonis Fauolij Hodæporicum Byzantinum, & N. Nicolai obseruationes Orientales, Andream Theuetum, Petrum Bellonium, &c. Petrus Gyllius diligentissimè descripsit Bosphorum, & urbem Constantinopolim. Appianus quoque lib. 4. Ciuilium multa habet quæ ad Thraciæ descriptionem conducere possunt.





Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several columns and is mostly obscured by the paper's texture and other stains.



ILLYRICVM.

ILLYRICVM, aut, vt aliis placet, Illyris, regio est in ora maris Hadriatici, Italiae opposita. Huius termini non ab omnibus iisdem limitibus circumscribuntur. Plinius enim hanc inter Arsiam & Titium fluuios constringit. Ptolemæus verò eam ab Histria ad Macedonia vsq. confinia secundum maris littora producit, mediterranea eius ad Pannonos & Mœsiam superiorem expandit. Multò ampliorem eam describit Pomp. Mela, & Dionysius Alexandrinus, totam enim maris Hadriatici oram à Tergesto ad Ceraunios vsque montes, Illyriis ascribit, eosq. vltra Danubium fluuium habitare docet, Danubium nãque inter eius flumina Mela numerat. Strabo quoque libro suæ Geographiæ 7. eos Macedonibus & Thracibus propinquos esse ait. Sed omnium latissimè huius fines extendit Appianus Alexandrinus, is enim hoc modo de iis: Illyrios Græci eos existimant, qui supra Macedoniam & Thraciam à Chaonibus, & Thesprotis ad fluuium Istrum sedes habent. hæc enim prouinciæ totius longitudo est. Amplitudo eius ex Macedonia & Thraciæ montibus ad Pæones vsque, & Ioniũ mare, Alpiumq. obiecta protenditur, quæ dierum quinque itinerationem continet. Longitudo in triplo productior est, &c. Idem postea: Romani verò non hos dumtaxat, sed Pæones vltra eos, nec non Rhætos, Noricos, & Mysios, qui Europam incolunt, & quoscumq. alios his finitimos, qui Istrum à dextra nauigantibus sese offerunt, vicissim vt Hellines à Græcis distinguunt, eos propriis appellationibus separatim nominât, ceterum communi vocabulo Illyrios omnes arbitrantur. Ab Istri ortu enim vsq. ad mare Ponticũ, Illyrici esse voluerunt. Hæc de iis Appianus. Suetonius in vita Tiberij Cæsaris hos tam longè patere etiã auctor est.

Sex. Rufus, qui vixit tẽpore Valentiniani Imp. septendecim prouincias ascribit: Noricorum duas, Pannoniarum duas, Valeriam, Sauriam, Dalmatiam, Mœsiam, Daciarum duas, Macedoniam, Thessaliam, Achaiam, Epiros duas, Præualim, & Cretam.

Hos nomen habere ab Illyrio Polyphemi F. scribunt auctores; quidam ab Illyrio Cadmi filio eos denominatos ait. Totam Illyrici orã maritimam cum insulis vicinis, commodis instructam portibus scribit Strabo, cum quidẽ contra, Italica ora huic obiecta, sit importuosa. Calida est vt Italia & bonarũ frugum ferax ora Illyrici, oleis & vitibus egregia; nisi quòd loca quædam prorsus aspera sunt. Quæ supra hanc sita est regio, montosa est tota, frigida & niualis, maximè quæ ad Septentrionem vergit. Incolæ huius olim atrocissimi admodum dediti, hodie verò paulò mansuetiores, ligneis plerumque habitant ædificiis culmo contectis, præter paucas littorales vrbes, in quibus humaniùs degunt. Inter has primi nominis est Ragusi, olim Epidaurus, vrbs hodie Emporio & Republica nobilis, quondam libera, nunc autem Turcis tributaria, eoq. nomine (vt Nicolaus Nicolaius in suis Obseruationibus testatur) quotannis 12000. ducatorum aureorum Ottomannis pendit.

Hæc de Illyrico in genere, nunc de nostra hac tabula, quæ totum Illyricum secundũ horum auctorum descriptiones, præterquam Plinij, minimè continet. Sunt verò in hac tabula, Histria, Slauonia, Dalmatia, Bosnia, Carinthia, Carniolæ & Stiria pars: omnes ferè regno Hungariæ vectigales, præter pauca maritima, quæ Venetis parent. Turca autem non minorem earum partem sibi subiugauit. Hæ regiones ferè omnes suis, quas in hoc nostro Theatro habent peculiare, tabulis, à nobis descriptæ sunt, eoq. hic nihil de iis dicere decreuimus. Tantum de Stiria hoc addere libuit, hanc regionẽ scilicet strumosos illos populos producere, inueniriq. ibidem tam ingenti struma, vt ipsis loquelam impediât, & mulier lactans (vt Aubanus ex fama tradit) illam post tergũ, perinde atq. saccũ, reijciat, ne infanti impedimẽto sit. Nos certè Frisachij non sine admiratione hominem contemplati sumus, cui mētum ab auribus incipiens, humeros latitudine ferè æquabat, & ad pectus vsq. propendebat. Strumæ causam aquæ aëriq. quibus vescuntur incolæ, tribuūt. Vide de his Illyriis plura apud D. Nigrũ, Volaterranũ, & Ludouicum Vergerium in Munsteri opere Cosmographico. item librũ Notitiarum. Laonicus Chalcõdylas non nihil quoq. huius cognitione non indignum scripsit. Totus hic tractus, exceptis finibus qui Germaniam attingunt, lingua Slauonica vtitur. Quæ (vt de ea obiter non nihil dicamus) nõnullis VVindisch, apud Latinos Illyrica appellari putatur, hodieque omnium latissimè patet; vt quæ à mari Hadriatico ad Oceanum Septentrionalem extendi videatur: Nam ea vtuntur Istrij, Dalmatæ, Bosnenses, Morauj, Bohemi, Lusatij, Silesij, Poloni, Lithuani, Prutheni, Scandinauia incolæ, & longè lateque imperantes Rusi, Bulgari, multæque aliæ circumuicinae regiones, Constantinopolim ferè vsque, adè vt eius etiam inter Turcos frequentissimus vsus sit.






CONSTITVERAM, vt in præfatione Operis promisi,
C quarumlibet regionum vnã tantum tabulam, eãque
quantum fieri posset exactissimam exhibere; itaque cùm clarif-
simus vir Ioannes Sambucus absolutiorem huius regionis huic
operi inferendam ad me misisset, alteram hinc relegare decre-
ueram: Sed quemadmodum interdum iuuat varias de eadem
re intelligere sententias; sic quoque de eadem regione vario-
rum descriptiones aliquando inspicere, non inutile esse mihi
persuadeo. Et ne quod in prima nostra editione habuissent stu-
diosi, in hac postrema desiderare possint, hanc tabulam reti-
nere quoque visum fuit: atque eam tanquam parergon
hïc adijcere, non ingratum Geographiæ
candidatis duxi.



SCHLAVONIAE, CROATIAE, CARNIAE, ISTRIAE, BOSNIAE, FINITIMARVMQVE REGIONVM NOVA DESCRIPTIO, AVCTORE AVGVSTINO HIRSVOGELIO.



C A R I N T H I Æ D U C A T V S, E T G O R I T I Æ P A L A T I N A T V S.

H A B E T hic Ducatus Carinthiæ (quod Rithaymero auctore Carnithia rectius scribitur) ab Ortu & Septentrio-
ne Stiriam, ab Occasu & Meridie, Alpes & Forum Iulij contingit. Huius pars est Carniola. Multe in hac Regio-
ne valles collesque tritici feraces, multi lacus & amnes, quorum præcipuus est Drauus. Notissimæ huius tractus vr-
bes sunt, Santo-Vitus, Villacum, Clagenfurtum. Santo-Vitus metropolis est, & vrbs minimè negligenda, cum foro
satis spatiofo, habens perennis aquæ fontem limpidiss. quem nos anno 1558. extrui vidimus, cuius labri diametrum
septem plus minus pedum emensi sumus. Hoc labrum ex solido & candido marmore conspicuum erat, ibidemque
inter aliâ antiquitatum monumenta ex terra erutum. Urbem egredientibus Clagenfurtum versus patentissimus
campus occurrit, multis adhuc antiquorum rudibus oppletum, vulgò Solfeldt appellant: Paracelsus in suo huius
campus occurrit, multis adhuc antiquorum rudibus oppletum, vulgò Solfeldt appellant: Paracelsus in suo huius
regionis Chronico (si modò eius sit) Liburniam, nescio qua auctoritate, vocat. Ego potius Soluense oppidum, à Pli-
nio in Carnis memoratum, hic olim fuisse putarim. Hic ille est locus, vbi sub dio Principes insolito eo & non vulga-
ri ritu (quem Pius II. in sua Europa accuratissimè describit) inaugurari soleant. Villacum, oppidum domibus in frõ-
te coloribus historiisque magnificè depictis, spectantibus gratum. Situm est hoc in planitie altissimis rupibus septum
ad Drauum fluuium, ponte lapideo eius oras connectens. Clagenfurtum, vrbs bene munita, Claudia antiquitas, La-
zio teste, vocata. Sunt qui scribunt, huius vrbs ciues furibus ad eò esse inexorabiles, vt leuissima etiam furti suspicio-
ne notatus, inauditus ad crucem abripiatur; post eius diei, quo supplicium de eo sumptum est, tertium, de mortuo iu-
dicant, quem si in fontem cognouerint, honorificè sepeliunt: si iure eum damnatum compererint, pendere sinunt.
Sed hanc fabellam, commentitiam vocat Rithaymerus. Est præterea Frisachum, magnam referens vetustatem, San-
to-Leonhartus, VVolfspergum, &c. Olim hunc tractum Iapydes inhabitasse putantur. Imperium huius regionis pe-
nes Duces Austriacos est.

Quantum ad Ecclesiasticam Iurisdictionem attinet, ea inter Archiepiscopum Saltzburgensem, & Patriarcham
Aquilensem partita est, inquit Paracelsus in Chronico supra dicto. At nescio quàm ridiculè idem huius regionis
etymon à Latinis deductum vult, vt videlicet vocetur Carinthia quasi Caritas intima. Hoc scilicet incolis curæ erat
in indigetanda patria sua, ab exteris nationibus, & ab eis minimè intellectis, nominis vocabulum petere. Legat his
non contentus Lector Seb. Munsterum, Pium II. Sabellicum, &c.

G O R I T I Æ Palatinatus quoque est Archiducum Austriacorum, habetque nomen ab vrbe eius primaria, ab Italis
(in Italia nempe ultra Alpes sita est) *Goricia* dicta; Iulium Carnicum Ptolemæo, Leandro auctore. Amasæus (vt idem
scribit) colligit ex quàm plurimis antiquitatum rudibus ibidem exstantibus, Noreiam olim hoc loco fuisse. Oppi-
dum est ad confluentiam Frigidi flu. (hodie VVipach) in Natifonem.

H I S T R I A.

C O M M V N E fermè omnibus fuit (inquit Plinius in sua Naturali historia) vt eos quisque diligentissimè situs di-
ceret, in quibus ipse prodibat. Idem paulò antè: Auctorem neminem vnum sequar, sed vt quemque verissimum
in quaque parte arbitrabor. Eoq; hic ego (quod vbique ferè his meis Tabularum enarrationibus obseruo) inter om-
nes qui hanc Regionem descripserunt auctores, Ludouici Vergerij ex Histria oriundi descriptionem succinctè pro
loci capacitate Lectori offerre decreui. Hic in Munsteri Cosmographia dicit hanc Peninsulam, ab intimo sinu vbi
Tergestum situm est iuxta eius littora, vsque ad oppidum S. Viti, quod in Fanatico ad Flumen amnem est, plusquam
c c m. passus haberi. Tota regio, inquit, minimè plana est, sed neque arduos montes habet, neque etiam infœcundos,
verius colles dicendi sunt, vitibus, oleis, aliisque fructiferis arboribus consiti, frumento, pascuis & pecoribus abundant.
vnum tamen habet montem altissimum, in ea parte qua ad Fanaticum vergit sinum, quem vulgò Montem maio-
rem appellant. Is nauigantibus primùm apparere solet, in cuius summitate fons exoritur vberimus. In hoc mote ali-
quot rarissimæ herbæ nascuntur, quarum gratia Medici etiam hinc longè habitantes, sæpius magno labore hunc con-
scendunt. Fluuij Histriae sunt tres, Formio scilicet, Nauportus & Arsia: primum accolæ Risanum vocant, Nauport-
tum, Quietum appellant. Postremus fluit in sinum Fanaticum, & est modò Italiae terminus. Vrbes sunt, Mugla, Iusti-
nopolis, Insula, Pitatum, Humagum, Emonia, Parentium, Osara, Rubinum, Pola, S. Vitus, omnes maritimæ. Medi-
terranæ verò Pinguentum, Montona, Portulæ, Grisignanum, Bullæ, Santo-Laurentius, Duo Castra, Santo-Vincen-
tius, Vallis Adignanum, Pameranum, Albona, Flanona, Petina, Galignanum, Collacum, Pifinum. Celeberrima est
Justinopolis, quam vulgò Caput Istriae vocant, Plinius Ægidam. Ea est in scopulo sita, longè à continenti, cui longo
ponte iungitur. Paret Venetis, cum multis aliis, nam pars oppidorum Istriae, Austriacis obedit, &c. Vide porrò Lean-
drum, Volaterranum, Do. Nigrum, præter veteres Geographos.

Z A R A E T S E B E N I C O.

Z A R A, olim Iaderam vocatam putamus, eiusque territorium Liburniam antiquitus dictam scribit quidam. Sebe-
nico, Sicum antiquorum est. Vtraque maritima in littore Hadriatici maris vrbs, sub Venetorum imperio. Eo lo-
co quo in hac tabula videntur depicta antiquarum ædium collapsa fragmenta, Dominicus Niger Esseliam urbem
olim fuisse, eamque nunc solo æquatam scribit, locumque hodie Beribir dici, vbi Epigrammata Græca, Latinæque, &
alia antiquitatis monumenta multa etiamnum visuntur. auctor anonymus huius tabulæ, Bergane eum vocat. Lege
de hoc tractu Illyridis eundem & Nigrum, Geographiæ libro 6.

CARINTHIAE DVCATVS, ET GORI
TIAE PALATINATVS, WOLF. LAZIO

au. 1702.





HUNGARIA.

HUNGARIA (quam nomen ab Hunnis vel Hungaris populis ex Scythia profectis, qui eam incolunt, habere constat) Pannonias, & ultra Danubium Iazygum, & Dacorum Regionem ferè omnem occupat. A Drauo ad Meridiem sumit initium; à Septentrione, Sarmatis quos Polonos, & Getis quos VValachos dicimus, terminatur; ab Occasu Austriam habet, superioris quondam Pannoniæ caput; ab Oriente Mysiam, quam Rhetianam nunc appellant. Danubius omnium quos Europa habet, fluuiorum maximus, mediam interfluit, atque in partes, nempe in citeriorem & vltiorem scindit. Citerior est ea vbi olim Pannoniæ fuerunt: hæc ab vltiore Hungaria Danubio, ab Austria, & Norico, radicibus Cæcij (sic olim dicti) montis: à Slauonia Drauo, à Bozna & Rascia Sauo fluminibus terminatur. Huius citerioris Hungariæ caput est Buda, regni sedes. Nobiliora in ea oppida, Alba Regalis, coronatione & sepultura regum insignis, Strigonium metropolitana, Quinqueecclesiensis, Episcopalis sedes, præterea Sopronium, Taurunum, & Sabaria, Diui Martini, & Stridon Diui Hieronymi patria. Flumina multa in eo nobilia. Lacus habet duos nobilissimos, Balaton, & Fertou. Huic citeriori Hungariæ, vbi Drauum transfertis, annexa Slauonia est, pars olim Pannoniæ superioris, inter Sauum & Drauum posita: sed Sauum etiam longè transgressa, & vsque ad flumen Hunam (hoc enim illi nunc est nomen) protensa, vbi Croatia incipit. Postquam Dalmatia sequitur, per oram Adriatici maris, quæ partim Venetò, partim Turcæ paret, minima eius particula est regi Hungariæ subiecta: loca mediterranea Boznenses tenent, & Rasciani, qui olim Mœsi superiores fuerunt. Slauoniæ caput Zagrabia est; Croatiae nunc Bigihon est, antea Fumium erat. Ultra Danubiana Hungaria montibus Carpathiis supra Posonium incipientibus, & longissimo flexu ad littus Euxini maris porrectis, à Morauia, Slesia, Polonia, & à Russia distinguitur, vsque ad eum locum vbi regio est quam Maromarusiam vocamus. Ibi iam alij montes & siluæ ab eo loco Seuerinum versus tendentes, à Transsilvania & VValachia Transalpina separant. Hanc vltiorem Hungariam Tibiscus fluuius piscosissimus, in montibus Maromarusiis ortus, mediam interfluit. Hæc Hungaria habet oppida nobiliora, ad Septentrionem Posonium, Tirnauiam, &c. ad Meridiem verò Colociam, Bachiam, Zegedinum, &c. vltra Tibiscum, Varadinum, Dedrecinum, &c. cum fodinis auri & argenti. Seuerinum, vbi pontis olim à Traiano Imperatore exstructi vestigia etiam nunc apparent, & alia quæ breuitas historica nunc prolixius vetat enumerare.

Incolæ Scythica lingua vtuntur, ab omnibus finitimis diuersa. Nulli regioni terrarum hominum robore, pecorum fecunditate, vbertate soli, metallorum copia cedens. cæli benignitate, & pulchritudine situs, omnibus Orbis regionibus suo iure possit anteferri. Tellus rerum omnium copia à natura donata; vbi aurum, argentum, sal, lapillos, colores effodere licet. Frumenti, pabuli, leguminis, & pomorum abundantia præstat. Neque deest amnicorum copia piscium, & cupri confectura; in plerisque fluminibus auri optima ramenta inueniuntur: quin & in vitibus in aurifero solo satis aurum quandoque legunt.

Hæc ex Stephani Broderith opusculo; & Antonij Bonfinij rerum Hungaricarum Decadibus collegimus; quos ipsos studiosus Lector consulere potest. Videat etiam Moscouitica Commentaria Herbersteinij; Matthiam à Michou de Sarmatiis; Cuspiniæ in sua Austria, & Munsterum. Sed imprimis Petri Ranzani Epitomen rerum

Hungaricarum. Scripsit & Georgius VVernherus de admirandis Hungariæ aquis opusculum.

HUNGARICAE DESCRIPTIO, WOLFGANGO LAZIO AVCT.



Hungaricæ vocis
quædam legendæ sunt
C.H. litteræ in vocibus
Hungaricis CZ. S. littera
pro SCH. Z. littera pro
S simplici in vocibus
Hungaricis W. hinc
ram in fine pro
VY



OLFGANGO LA N



HVNGARIÆ hanc alteram descriptionem accuratiorem, vt nobis fidem facit clarissimus vir Ioannes Sambucus inde oriundus, (quisque enim, vt Plinius in opere suo Naturali verissimè testatur, eos diligentissimè situs diceret in quibus ipse prodibat) primæ subiungere hoc in loco placuit, idque præter institutum: cum singulis regionibus singulas tabulas tantum promiserim. Sed quia neutram satis pro regionis dignitate absolutam iudicauerim, vtramque in hoc nostro Theatro proferre vtile duxi. Differre eas interdum in locorum positionibus, fluuiorumque flexuosis meatibus conferenti apparebit: neque est quod hinc statim Geographiæ ipsius veritatem quis eleuet; sed de ea existimet, vt Strabo rectissimè de historia: is enim non statim eam abijciendam censet, si qui eam tradiderint, in locorum descriptionibus non consentiunt; quin imò nonnumquam vniuersæ historiæ fidem conciliare ex ista dissensione licere docet. Vtentur itaque aut alterutra aut vtraque studiosi, in quorum gratiam id totum quod possumus, quando quod volumus non liceat, effundimus.

Serenis Principi D. Carolo
Archiduci Maximiliani II.
Fratri dicatum.



VNGARIAE LOCA PRAECIPVA RE
CENS EMENDATA ATQVE EDITA,
PER IOANNEM SAMBUCVM PANNONIVM,
IMP. M. HISTORICVM. 1579

4 10 15 20

Scala Milliarum Hungaricarum



Faint, illegible text or markings, possibly bleed-through from the reverse side of the page, located in the lower central area.

TRANSILVANIA.

D Stephanus Broderith in opusculo excuso Basileæ simul cum Antonij Bonfinij historia Hungarica, his verbis hanc regionem describit: Transsilvania Daciæ olim pars, eius caput Alba Iulia, vel à Iulio Cæsare, vel ab Hiula potius quodam Hunnorum principe, ita dicta. Oppida complura nobilissima, in quibus Cibinium, Brassouia, Colofium, Bistricia, & plura alia, à Germanis, quos nos Saxones appellamus, condita & habitata. In ea sunt Siculi, genus hominum ferox, & bellicosum: inter quos nullus, neque nobilis, neque rusticus, omnes eodem iure censentur, Heluetiorum instar. Transsilvania ipsa rerum omnium est feracissima, præcipuè auri, argenti, & aliorum metallorum; adhæc falis montani. Equos generat nobilissimos, vino abundat, sed non æquè excellenti, vt Hungaria & Sclauonia. Transsilvaniam duæ cingunt VValachia, Transalpina & Moldauia: illa Danubio, hæc mari Euxino admota: vtraque cum Transsilvania, eam Europæ nunc occupant partem, quæ olim Dacia erat. Sic totus iste tractus Transdanubialis, qui non solùm Hungariam vltiorem, sed Transsilvaniam quoque cum vtraque VValachia continet, Danubio, montibus Carpathiis, mari Euxino, & rursus eodem Danubio ex omni parte includitur. Hactenus ille.

Sed libet etiam eius descriptionem ex Anton. Bonfinij lib. i. Decad. i. rerum Hungaricarum hinc adiungere. Trans montes (inquit) Carpathios extrema Daciæ regio ad Axiacem fluuium vsque producta, quam nunc Transsilvaniam vocant, pecoris, vini, frumenti, item auri & argenti, feracissima; vbi annes nonnulli aurea ramenta ferunt, auriq; fragmenta quandoque sesquibralia trahunt, cum montibus sit vndique circumseptæ in coronæ speciem. In siluis iubati boues, & vri, ac siluestres etiam equi, vtrisque eorum mira pernicitas: at equi iuba sunt ad terram vsque demissa: domesticis per se est mollis alterno crurum explicatu glomeratio. Regionem hanc habitant Scythæ, partim Saxones, & Daci: mitiores hi, asperiores contra illi. Olim Romanis Sarmaticisque colonis, ante Gothorum & Vnnorum eruptionem, tota Dacia complebatur, &c. Hanc regionem descripsit peculiari libello Georgius à Reichersdorff. Vide etiam Georgium Rithaymerum, Pium II. in Europæ descriptione, Iohannem Auentinum, & Mart. Cromerum rerum Polonicarum libro 12. Hæc regio vulgò vocatur Sibenburgü & Zipserland, auctore Sebastiano Munstero. Plura ad cognitionem huius regionis petenda sunt ex libro duodecimo R. P. Romanæ VVofg. Lazij.


Aliquot Transilvania locorum nomina, Vngarica, Germanica, & Latina, auctore Sambuco.

Erdel, Symburgum / Dacia ripensis, Pannodacia, Trans. vel Vtrasilvania.
Nagbanya, New Steerl / Riuuli domin.
Rudbanya, Rodna.
Bestercze, Bostn / Bistritia.
Bonczyda, Bonispruh.
Kolofuar, Clausenburg / Claudopolis.
Offenbanya, Oßngburg.
Aprukh, Schtarn.
Samosfalu, Mihldorf.
Buza, Buzaten.
Vorosmarth, Gosperg.
Demeterfalu, Mererldorf.
Teuuisch, Durnen.
Balasfalu, Bialndorf.
Gulafeyruar, Wepßnburg / Alba Iulia, Sarmisdacia.
Zekluafarchel, Betmarkh.
Kizekmezeu, Ibsidorf.
Felseupold, Oberpatb.
Absopold, Alderspatb.
Zazzebes, Willenbach / Zabens.

Holduilagh, Schatt.
Apafalu, Apfdorf.
Moneta, Donnerstmarkt.
Braniczka, Bernspaff.
Bajon, Bonisdorf.
Ekemezeu, Prosdorf.
Zelindes, Stotzeburg.
Naghezur, Szostchepn.
Rihonfalu, Reicherdorf / Requiescit.
Brasso, Crankatt / Corona vel Stephano-
polis.
Varhel, Zartnis.
Segesuar, Schelpurg.
Zazhalom, Hundertbuhl / Centum colles.
Zarkan, Schi: hingen.
Keuhalom, Neys.
Kykelvvar, Kihlpurg.
Veczel, Venecia, Ulpia Traiana.
Kerestien mezeu, Aw / Insula Christ.
Muschna, Mel: hen.
Kakasfalu, Bendorf.
Recze, Kaczid.

Iosij, Val. Dobra.
Vizakna, Saltzburg.
Barczafagh, Wurtzland / Bureia.
Valkapu, Epluthor / Pila Getica veteri-
bus.
Veurostorn, Gateruertn.
Zakadar, Zaka.
Fekeretho, Nigra palus.
Tolmacz, Talmisch.
Atan, Auratus fl.
Zamos, Samisch / Samosus fl.
Keureuz, Die Kraptz / Chrysius fl.
Feier } keureus, { weis und schwarz
Fekerthe } keureus, { krepz.
Sebes keureus, die schnell kraptz fl.
Maros, Merisch / Marysus fl.
Olt, Die Aeth / Aluata, Alutus fl.
Strell, Atrig / Sargeia, vel potius Strigæ-
tia fl.
Ompay, Die Omp / fl.
Haczagh, vel Hathlaag, vallis Sarmisia vs-
bi fuit ciuitas Sarmisgerhusa, &c.





P O L O N I Æ

R E G N V M.

PO L O N I A, quæ à planitie terræ, (quam ipsi vernaculè etiamnum Pole vocant) nomē habet. vasta regio est, quæ Schlesiæ ad Occidentem proximat. Hungaris, Lithuanis ac Prutenis contermina. Diuiditur in Maiorem & Minorem. Maior dicitur, quæ Septentrionem aspicit, habetque Guesnam, Posnauiamque, insigniora loca. Minorem vocant, quæ ad Meridiem vergit, habetque nobilem urbem Cracouiam, ad caput Vistulæ, quæ regionem diuidit, sitam; reliquæ ciuitates parum nitidæ. Ex maceria domos ferè omnes componunt, pleraque luto linunt. Plaga regionis palustris est, & nemorosa. Potus genti cereuisia. Vini rarissimus vsus, nec vineæ cultura cognita. Equitatu in bello maximè præstat. Ager ceteris ferax, multa genti armenta, multa ferarum venatio. Melle abundat. Habet & salis maximam copiam, quod ex terra eruitur. Habet & æris fodinas in montium iugis, Tatri, ab incolis dictis: nec non sulfuris. Cromerus scribit Polonos ab Hungaris Lengel vocari, à Lecho eorum genitore.

Sub regno Poloniæ continetur Lithuania, Samogitia, Masouia, Volhinia, Podolia & Russia, quæ Meridionalis cognominatur, & Ruthenia quoque à nonnullis dicitur; Item tota Prussia, excepta ea parte quæ proprium Ducem agnoscit. Lewenclaus addit, Poloniæ regem anno 1570. principem Moldaorum in suam clientelam suscepisse.

LI T H V A N I A magna sui parte palustris, plurimumque nemorosa, & cò difficilis aditu, ac quodammodo inaccessa, aquis omnia obtinentibus; hieme commercia cum Lithuanis habiliora: paludibus & stagnis alta glacie concretis, niueque superinfusa, fiunt omnia mercatoribus peruisa. Rara in Lithuania oppida, villarum incolatus infrequens. Accolarum diuitiæ pecora, pellesque pretiosæ multigenum ferarum, quibus regio insigniter scatet. Cera ac mellis abundans. Vsus pecuniæ genti nullus. Bisontes hæc regio producit; animalis genus est, quod incolæ *Suber*, Germani *Ur-ochs* vocant; quale nos Antverpiæ vidimus anno 1570. Hinc & quoque illud animal quod Latini Alces, Germani *Elands* nuncupant. Sermo genti vt Polonis, Sclauonicus. Caput Regionis Vilna est, Episcopalis ciuitas, tantæ magnitudinis, quantæ Cracouia. Domus tamen contiguæ in ea non sunt, sed veluti in rure, horti intermediant & pomaria. Omnis illa roborea materia quæ *Wagenschot* nostratibus vocatur, & ex qua in Germaniæ inferioris & Belgicæ maritimis regionibus vniuersa ferè lignea opera Architectonica tam publica quàm priuata, domorumque magna ex parte utensilia fabricantur, his partibus cæditur, illincque ad nos per Balticum & Germanicum mare aduehitur.

SA M O G I T I A (quod eorum lingua terra inferior sonat) habet gentes proceræ & pulchræ stature, agrestes tamen & incultis moribus, parco victu viuentes. Russi hanc Samotzkasemla appellant. Nullus illic ædificiorum nobilium, sed tantummodò tugurij vsus. Ex ligno & culmo fit structura. Largius ab imo sensim operis incremento ædificium in arctius cogitur, in carinæ seu galeæ maximæ similitudinem elaborata. In cacumine fenestra vna, supernè lumen reddens, subter quam focus, cibos parabiles coquens. In ea domo, se, vxores, pignora, seruos, ancillas, pecus, armentum, frumentum, & omnem supellectilem condunt. Samogitiæ incolas à Saxonibus originem trahere, scribit Sichardus in suo Germaniæ historiæ opere: obque id, etsi Poloniæ regi obediant, Saxones tamen eam imperio vindicantes, ad circulum Saxonicum pertinere asserunt.

MA S O V I A, regibus Poloniæ feudalis, huius Metropolis est Varsovia, vbi optimus conficitur melle. potus genus est ex melle constans, &c.

VO L H I N I A, regio omnium rerum, propter agri fertilitatem, abundans, & oppidis, castellisque frequens.

PO D O L I A agro tam fertili est, vt eius gramen perticam tribus diebus supercrescendo contegat, & aratrum in locis graminois derelictum paulò pluribus sepiat, & cooperiat. Mellis quoque maxima copia. Præcipua huius vrbs est Camyenez.

RU S S I A abundat equis, bobus, & ouium gregibus, pretiosissimisque pellibus. Potu vtuntur ex melle facto. Adducitur & vinum ex Pannonia, Moldauia & Walachia. Huius metropolis est *Leunpurg*, Latini Leopolim vocant.

MO L D A V I A, pars Walachiæ est. Eius metropolis est Sossauia, vulgò *Sotschen*. Habitatores huius regionis sunt sæui & feroces, atque bellicosissimi, ideoque Transiluanis semper insidiantur. Vt Thracum mos olim fuit inurere nobili genere natis stigmata: sic ferunt Moldauicæ Despotas etiamnum hodie suis liberis cum primùm nascuntur, notam aliquam inuri curare: ne scilicet ambigi de legitimis hæredibus possit, & excludantur alieni. auctor Rein. Reinneckius in suo De familiis syntagmate: Plura habes de his regionibus apud Matthiam à Michou, in libello De Sarmatiis; Albertum Crantzium in descriptione Wandaliæ; Bonfinium De rebus Hungaricis. Sed omnium optimè eas descripsit Martinus Cromerus in Chronico Poloniæ; & Sigismundus ab Herberstein in suis Moschouiticis Commentariis. Vide Seb. Munsterum. Ioannes Duglossus copiosissimus Polonorum historicus, citatur à Ioachimo Cureo, sed typis eum non extare, addit.






P R V S S I A.

HANC regionem ita describit Cromerus in Chronico suo Poloniae. Inter multas Sarmatiae Europae gentes, Borussi à Ptolemaeo valde remoti ad Septentrionem ponuntur ea ora, quam nunc Liuones & Moschi, vt opinor, obtinet, vltra Cherniscum amnem, Rhyphæis vicini. Eos ego aliquo tempore ad Meridiem & Occidentem progressos, magnam Sarmatiae partem, quæ ab Oriente Russis & Moschis coniungitur, à Meridie nemoribus, & Hercinio saltu clauditur: & omnem illum tractum qui secundum Venedici, siue Balthici & Codani sinus litus, vsque ad Vistulam & Ossam fluuios pertinet, tenuisse: & Borussos, siue Prussos, deflexo paulum nomine, dictos esse; cum Erasmo Stella crediderim. Quibus finibus nunc Liuones, Lithuani, Samagita, & Prussi vetus nomen retinentes, continentur, gentes imperijs quidem & reipublicæ ratione nunc distinctæ, sed eadem penè inter se lingua vulgò adhuc vtentes, Slauiçæ prorsus dissimili, sed quæ non paucas habeat admixtas Latinas voces, corruptas fere, & magis Italica vel Hispanica nota signatas quàm Latina. Quamquam Tentones & Germani in eam oram quæ maritima est, & Prussia ac Liuania nunc vocatur, deuictam, colonias postetiori tempore deduxerunt. Hinc vltatior iam est apud eas gentes lingua Germanica, quàm vetus illa & vernacula; præsertim in vrbibus & opidis: quemadmodum & apud Lithuanos vsu venit, vt propter vicinitatem commerciaq; Russorum, & colonias etiam deductas, multum vtantur sermone Russico. Nam quod Dlugossus à Prussia Bithyniæ rege origine illius gentis deducit, fabulosum est omnino, nec refutatione indiget. Quidam Borussos, quasi Russis finitimos, à Germanis lingua vernacula dictos esse existimant: verè ne an falsò, non disputo. Quando autem & quonam modo Latina lingua cum vernacula Prussorum, Lithuanorum, Liuonumq; se miscuerit, dicere non habemus. Erasmus quidem Stella Prussiam Romanis armis tentatam magis, quàm deuictam esse memorat, Pliniumq; auctorem citat: quo fit vt cum imperio Latina lingua ibidem peruenire non potuerit. Dlugossus verò scribit, ciuili bello quod inter Cæsarem & Pompeium gestum est, manum quandam Romanorum desertam Italia, in ijs oris consedis, vrbemq; condidisse, & Romoue de Romæ nomine dixisse: eamq; diu metropolim gentis fuisse. Quod si vera est Dlugossi sententia, suspicari quis posset (si quis tamen locus est suspitioni in historia) eam Romanorum manum, duce Libone aliquo, ad ea littora Venedici sinus, quæ ad orientem Solem spectant, & Russis finitima sunt, vel vi tempestatum appulsam esse: vel certo cursu Cæsarem tyrannorum sæuitiam fugientem, secessisse; & Liuonum, siue Liuoniorum appellationem à Libone accepisse. Deinde propagatis finibus, alios Lithuanos, magis iam corrupto vocabulo dictos esse, alios vetus Prussorum nomen retinuisse. Quamquam autem Pomeraniæ quoque magna pars, & Culmentis, ac Michalouiensis ora, posteaquam eodem cum Prussis iure vti cœperunt, & in ditionem Teutonum Crucigerorum concesserunt, Prussiae nomine ceteri cœperunt. Reuera tamen, ac propria Prussia ea, quæ est inter Vistulam, Deruanciam, Ossam, & Nemenum fluuios, & sinum maris supra memoratum: & à Lithuanis atque Masouijs, densis ac palustribus syluis dirimitur. Hactenus Cromerus. Libet autem addere hic quoque diuisionem veterem terrarum huius Prussiae, auctore Casparo Hennebergero, qui ita insit.

VIDI VITO vel VIDINITVS, vt à quibusdam nominatur, Rex Borussiae, Anno Christi 573. suæ ætatis 116. antequam vnà cum fratre BRVTENOCRIBE, in ignem ad oblationem Dijs suis, sese conijceret, filijs suis possessiones diuisit. Habuit autem (vt tradunt) duodecim filios, quorum primus LITPHO, vel vt alij volunt LITALAN, huic Lituaniam inferiorem tradidit, constituitq; eum Regem supra ceteros, sed à fratribus propter homicidium CRIBE, quod nomen Pontificis illorum fuit, reiectus est. Inter ceteros vndecim, terram Prussiae dispersit. Ex his, I. ZAMO nuncupatus, cum obtinuit Districtum, qui adhuc Sambia ab eo dicitur, & habet ab Occasu, & Septentrione Mare Salsum, ab Ortū, Lacum Curonensem & fluuium Deme. A Meridie Pregelam flumen: opinio est habitasse eum in Monte GALTAGARB. II. SUDO, nactus Regionem, in qua nunc Oletzko, Stradaun, Lick, pars Iohannsburgensis, Lerzensis, Angerburgensis, & Insterburgensis, Districtuum sita sunt: Et ab Ortū habuit Lituaniam; in Meridie Masouiam & Galindiam. Ab Occasu æstiuā, Barthoniam, à Septentrione Scalauoniam. Et hanc partem ab eo vocauerunt SVDAVIAM. Quod nomen postea, cum iste locus à Crucigeris in solitudinem redigeretur, amittit: Ideo quod locus ille Sudauia sit, recentiores omnino ignorant, eumq; angulum Sambiae, qui hodie der Sudausche winckel/oder der Bruster ort/ appellatur, fuisse opinantur, quod falsum est: Nam propter perfidiā à Crucigeris eò translatus fuerunt. III. NADROO. Inter Sambiam, Scalauoniam & Barthoniam, suam Ditionem accepit, vbi multi fluuij, & vastæ solitudines iam sunt, & vocatur NADRAVV, in hac Tapiaw Taplaucken, Salaw, Georgenburg atq; c. sitæ sunt. IIII. SCALAVONI, Loca circa vtramque ripam fluuij Memel, quem veteres Cronon appellauerunt, cesserunt, & Ditiō illius SCHALAVONIA, nuncupata fuit. V. NATANGO, sortitus istam partem, quæ ab eo nomen NATANGEN accepit, habet à latere Septentrionali Pregelam, ab Orientali, Allam fluuios. VI. BARTHO, Inde BARTHONIA, Warthenerland. Fuit diuisa Barthonia, in Maiorem, Minorem, & Plick Warthen/ sed istæ diuisiones iam ignorantur. VII. GALINDO. Tractum istum à Masouia ad Allam fluuium & stagnum Spirding, nomen Galindiae adeptus, habet iam magnas solitudines: magnam partem Episcopus Varmiensis possidet, & annumeratur nunc Varmiae. VIII. VARMONI: Pro sua parte Varmia, intra Galindiam, Natangiam & Pogezaniam Regiones, obuēnit. Cum autē non diu superstes esset, ille Tractus Germanicum nomen ab eius vxore ERMIA Ermeland/ acquisiuit. IX. HOGGO: Huius Dominium à Varmia per Passergiam fluuium: à Pomesania autem per VVeesecka: n fluuium, & lacum Drausen separatur, Germanicè Hoferland/ Sed Latine à filia, POGIA vocata, nomen habet POGEZANIA. X. POMESO, Pomesanis nomen dedit, terminatur Vistula, VVeesecka, Ossa siue Mockra fluminibus. XI. CHELMO, Consecutus est Culmigeriam siue Hulmigeriam, inter Vistulam, Mockram siue Ossam & Dreuentzam fluuios, tam arcibus & ciuitatibus frequentem. Est & Districtus non contemnendus, qui SOSAVV vocatur. Item alius qui LOBOVIA dicitur, & est Episcopi Colmensis. HUNTAVV exigua est, sed cultissima Ditiō. Est & Insula circa Marienburgum à Crucigeris aggeribus aduersus exundationes & perruptiones fluminum Vistulae & Nogot septa, & vocatur Insula Maior, Gros werder. Minor Insula, das Klein werder/ est in Pomerellia, circa Gedanum. Item MARIANA ad Marienwerder, Insula sic dicta, quæ quidem non inhabitatur, sed pascuis destinata, magnos præbet redditus.

Promittit hic auctor peculiarem libellum de hac Prussia, & explicatione huius suæ tabulae. Succinum siue electrum, vt antiquitas illud vocauit, nostrates Bernstein/ & Agstem/ in huius regionis littore reperit, & nusquam terrarum alibi, magno horum incolarum bono. Huius historiam plurimi describere. Sed omnium optimè, meo iudicio, Andreas Aurifaber, Vratislauenis; peculiari opusculo; Latine & Germanicè.



L I V O N I A .

LIUVONIA (vt Leuvenclaius scribit) porrigit se in longitudinem iuxta mare supra quatuor stadiorum millia, in latitudinem minimum ad m. ccc. stadia patet. Prussi, Lituani, & Russi, eam circumhabitantes, cetera Livonicus sinus lambit. Habet hæc Livonia, Curones, Esthenos, Lettos, nationes tam moribus, quam lingua diuersas. In arcibus & oppidis lingua Saxonica, aut, si mauius, Germanica præualet. Regio est nemorosa, plana, & sine montibus, fluuiisq; irrigua, magna ex parte inculta, agri tamen fertiles. Nam si vinum, & oleum, & alia quædam mitiori celo subiectis terris concessa diuinitus, excipias, (nam his aduectis tantum vtuntur) cetera ad usum humanum necessaria, in ea reperiuntur tanta copia, vt cum exteris omnino large communicentur. Piscibus enim & venationibus abundat. Lepores in hac regione singulis anni tempestatibus colorem mutare, Munsterus auctor est: hieme enim albi, æstate verò grisei sunt coloris. Hinc cera, & mella, cineres, pix arida, & liquida, quam *Ther* vocamus, item illud frumenti genus, quod Secale Latini, nos *Rogge* appellamus, in magna abundantia quotannis ad nos adferuntur.

Habet ciuitates amplas insignem ad elegantiam extructas, inter eas principe loco sunt, Riga, Bremensium Germanorum colonia, sita commodo loco ad amnem Duna. Emporium est, & metropolis huius regionis. Altera Riualia, quam Rhuteni Roliuam vocant, à Rege Danorum Voldemaro condita, portu in sinu maris Baltici insigni clara. hæc non est minor quam Riga in commerciis. Tertia Dorpatum, Russis finitima, qui eam Iuriongorod appellant. huius mœnia Beça fluuius alluit, ad negotiationes cum Russis peropportuna. Hic fluuius vno fertur aluco in Oceanum; qui cum de præruptis scopulis præcipiti lapsu ruat, idem vicinioribus accidit, quod usu venire habitantibus ad Nili cataractas accepimus (inquit Leuvenclaius) vti nimirum paulatim surdescant. Secundum has ciuitates oppida sunt alia minora, magnificis arcibus munita, primum Venda, propter aulam Magistri militiæ nobilitata, & in medio totius regionis sita. Dein Velinum, Pernouia maritima, Volmaria, Veleburgum, Vitestemum, Narua, & alia. Effluos & Limouios olim has partes inhabitasse, VVillichius & Cureus existimant. De administratione huius regionis, quæ sub Magistris Teutonici ordinis est, lege Ioannem Aubanum, Munsterum, Lewenclaium, & Herbersteinium, vnde hæc transtulimus. Sed videndus est quoque Crantzius libro 6. VVandalia.


P O M E R A N I A .

HANC regionem sic describit apud Munsterum Petrus Artopœus Pomeranus: Pomerania ad mare Balticum sita, à primis cultoribus, patria lingua, hoc est VVandalica, P A M O R Z I appellata est. Ab indigenis inhabitata, & propriis Dominis gubernata, alienis autem numquam subiecta fuit. Hæc est vbique fertilis, aquis irrigua, stagnis abundans, nauibus peruia, diues agris, pascuis, pomis, lignis, riuis, montibus, venatione, pecore, piscibus, frumento, butyro, melle, cera, & aliis his similibus rebus. Est quoque optimè culta ciuitatibus, oppidis, arcibus, & vicis, nec vllus est locus in ea vacuus, aut incultus, nisi quem aut lacus aut montes occupant. Vsa est ante susceptum Christianismum lingua Vandalica, moribusq; suis vixit, quoad vsque Rom. Imperio subacta fuerit, tum enim vnà cum religione Saxoniam linguam amplexa est, quam in hunc vsque diem retinet. Hæc Artopœus. Pomeria, VVandalica, quæ est Slauonica, lingua nihil aliud significat, Herbersteinio auctore, quam si diceret, Maritima, aut iuxta mare. Huius ripa vallo solidissimo à natura aded est munita, vt nullam maris inundationem timeat. In hoc littore insigniores eius vrbes sitæ sunt, præter paucas in mediterraneis sitas, vt sunt, Stetinum, Newgardia, Stargardia, &c. Stetinum olim vicus à piscatoribus dumtaxat inhabitatus, post susceptum verò Christianismum, & destructam Vinetam, translato illuc Emporio, aded efflorescere cepit, vt hodie Metropolis totius regionis sit. Habet situm amœnissimum, in ripa Oderæ fluminis, à qua sensim in aduersum cliuū assurgit. Vallis ac mœnibus munitis, fulcitur. Grips VValdum oppidum in Ducatu VVolgastensi, quem alij Bardenfem dixerunt, hoc ciuilibus malis diu laborans non nihil extenuatum est, An. verò 1456. instituto ibidem Gymnasio, paululum respirare cepit. Iulinum oppidum olim nulli clarissimarum urbium, siue opes, siue domos magnificè extructas respicias, secundum. Nobile erat VVandalorum Emporium. Tanta mercatorum frequentia, quæ ex Russia, Dania, Saxonia, Sorabis, totaq; VVandalia huc confluebat, quondam frequens, vt tota Europa vix simile, excepta Constantinopoli, reperiri posse videretur. At variis bellorum cladibus à Danorum Regibus affecta, tandem ad nihilum ferè redacta est. Ea rerum vicissitudo. Hodie VVollinū vocant. Stralsund, in littore maris, olim proprium habuit Principem, Ducem nempe Bardenfem. Vrbs est incolis & mercatoribus frequens. VVineta, fuit hæc quoque olim vrbs, fortè hodie Archon, aut Iulinum est. VVandalia enim vrbes plura secundum gentium varia idiomata, habuere nomina. Quam VVadali enim Stargard, Saxones Aldenborg, & Dani Brannesiam vocant, Crantzius asserente. Sed libet addere quoque regionis huius descriptionem, quam ad me misit ex Colberga, vir eruditus, D. Petrus Edlingus. quæ hæc est. Pomerania hodie floret quadraginta ciuitatibus muris & fossis cinctis: præter castra & Monasteria. Inter quas primariæ sunt: Stralsundum, Stettinum, Gryphiswaldū, Stargartum, Colbergū, & Anglamium: ante annos quingentos, ante acceptatam Christianam religionem. Quod factum anno post natum C H R I S T V M 1124, & abiectam linguam Slauonicam, sed maior fuit Pomerania & regno conferenda. Quia Bugslaus I. VVartislai, i. frater, filius Suatibori, qui gētilis obiit, cum nepotibus propter mutationem linguæ, patria relicta Pomerellam Borussia adiunxit. Fuit autem Pomerella, quæ hodie Polonis Casubicus angulus dicitur, non exigua regio. Sed extendit se à limitibus Pomeraniæ ad Vistulam fluuium, atque continet Dantiscum, Putscha, Dirlow, Stargartum, Nauburgum, Smecha, Tichel, Nakel, Hamerstemum, Baldeburgum, Friedelandum, Conilz, Schoneg, Slochow, &c. Hæc ciuitates plerumq; castra adiuncta habent. Item Castra Moseuantz, Talkēborch, Subitz, Lauterburg: Et monasteria Polpelin, Sukou, Tzernitz, Oliua, in quo principes ex Pomerellica linea, sepulturam retinuerunt vsque ad vltimum Mestewinum: qui Dantisci obiit in Oliua sepultus Anno 1295. Hanc Tabulam ex Munsteri Cosmographico opere habemus.

O S V V I E C Z I M E N S I S E T Z A T O - R I E N S I S D V C A T V S .

HÆc est Regni Poloniæ, qua Silesiam attingit, portio. Olim verò ad hoc Regnum non pertinebat. Oswieczimensis ditio (quam Germani sua lingua Aufschwits vocant) Polonis cessit sub Cazimiro II l. anno 1454. Zatoriensis verò sub Sigismundo I. anno 1548. post quadringentesimum ferè annum ad corpus & compagem Poloniæ rediit: Auctor Cromerus in suo Poloniæ Chronico,





R O M A N I A .

QVAM hodie Romaniam vocant, antiqui Thraciam vocauerunt. Amplissima olim fuit regio, & latè patens: cui ab Oriente Pontus Euxinus, ac Propontis, à Meridie Aegæum mare, ab Occasu Macedonia, Pannoniq; occurrebant; à Septentrione habet Hæmum montem, Mœsiasq; . Regio nec cælo læta, nec solo: (& nisi qua mari propior est) infecunda & frigida. Ptolemæus hanc in tredecim præfecturas diuidit: Bennicam, Bessicam, Cænicam, Cœleticam, Corpialicam, Droficam, Mædicam, Samaicam, Sapaicam, Sardicam, Selleticam, Urbanam, & Videscicam. Posterior ætas eam in has sex prouincias diuisit, Europam, Hæmimontum, Mœsiam Secundam, (quæ est Inferior,) Rhodopen, Scythiam, & Thraciam, quam propriè sic vocant. Deinde vno nomine Romania dicta fuit, & sic tota etiam nū hodie appellatur. Circa Byzantium tamē Galatiā à Turcis nominari intelligo, vbi & Galata vrbecula hodie, quam nostri Peram vocant, & antiquitas Cornu Byzantium. Montes in hac regione celebres sunt, Hæmus, Rhodope, Orbelus, Pangæus, alijq; . Flumina Hebrus, Nessus, Melas, & Strymon, vt placet nonnullis: sunt enim qui hunc vltimū fluuium Macedonia attribuant. Vrbes clarę in ea; Abdera, Apollonia, Phinopolis, Philippopolis, Nicopolis vtraq; , Hadrianopolis, Selybria, Debeltus, Heraclea, Lyfimachia, & omni æuo clarissima Byzantiū, à Byza conditore sic nominata, quæ postea à Constantino Imperatore ampliata & firmata, vocata fuit Constantinopolis, & hodie corruptè & correptè Stambol. Hæc hodie vti & olim, dignitate primum locum inter eius vrbes obtinet, secundum Hadrianopolis. (Andernopoli vulgò.) Post hanc Sophia, & alia. Habet hæc regio quoque adiunctam sibi Chersonesum, siue Peninsulam, Thracicam cognominatam. Callipolis hic vrbs, & Sestus, Lęandri amore pernobilis.

Insulæ Thraciæ vicinæ in Aegæo mari sunt; Samothracia, quæ hodie Samandrachi, & Thalassia Ptolemæi, quæ apud alios Thassus appellatur, & hodie huius nominis vestigium conseruat: Taso enim recentiores nominant. In Propontide est Præconnesus siue Elaphonnesus, hæc etiam Neuris aliquibus dicta fuit. Nunc Marmora nominatur à Turcis & Græcis. Ad Bosporum sunt, Cyaneæ, poëtis celebres, qui eas olim mobiles, Argonautarum autē nauigatione stabiles factas, fingunt, suo more. Præter veteres geographos Ptolemæū, Strabonem, Plinium, & Pomponium, recentiores quoque legendi de hac regione sunt, imprimis Lazij Cōmentaria rerum Græcarum: & Bellonius in suis Observationibus. Urbem Constantinopolim accuratè atque diligentissimè descripsit Petrus Gyllius. Fatali quodam genio quis dixerit hanc urbem ad rēgnorum caput natam; Romamq; Nouam aliquando dictam, regionemq; hodie Romaniam: ita vt non immeritò nec sine afflatu fatidico, insignis ille vates olim videatur cecinisse, ROMA TVVM NOMEN TERRIS FATALE REGENDIS.





S C A N D I A,

S I V E

R E G I O N E S

S E P T E N T R I O N A L E S.

CONTINET hæc Tabula ferè omnem cogniti Orbis tractum Septentrionalem: sed in primis Peninsulam, veteribus sub nominibus Scandia, Scandinavia, Baltia & Basilia, malè cognitam: quam & alterum Orbem terrarum, propter eius magnitudinem, & officinam vaginamque gentium cognominarunt. Comprehendit hæc Península hæc ætatè tria regna, Noruegiam, Sueciam, Gothiam; & partem regni Danici: aliasque multas Prouincias, vti sunt, Bothnia, Finmarchia, Finlandia, Lapponia, &c. Cuius singulares descriptiones hic ex Iacobo Zieglero apponemus.

NORVEGIA, interpretatur Septentrionalis tractus aut via: fuit regnum hoc aliquandiu admodum florens, imperiumque tenuit per Daniam & Frisiam, insulasque adiacentes, donec domesticum imperium per hereditariam successionem administratum fuit. Postea sub interregno, consensu Procerum institutum est, vt reges per electionem susciperentur. Estque hoc tempore sub potestate Danorum. Hi non legitimos modò redditus, & tolerabilia vectigalia imperant, sed omnia commoda conradentes transferunt in Daniam. Ad hanc difficultatem accedit qualitas locorum: habet enim Dania in potestate nauigationes omnes Noruegianas: neque hæc exercere mare potest, neque exportare merces; præterea à calo, à tellure, à mari nequaquam humilis aut parum felix existimata. Hæc mittit in reliquam Europam piscem ex genere Asellorum, frigore induratum & extensum in fustem, vnde & eum Germani dicunt Stockfisch. Captura eius laudatissima est Ianuario, quando superest frigus vt induretur; & qui clementioribus mensibus capiuntur, marcescunt; neque sunt idonei, vt exportentur. Tractus totus littoralis Noruegiæ est mitis; mare non congelatur. Niuës non diu durant.

SVECIA, regnum est diues argenti, aris, plumbi & ferri, frugum, pecoris, & prouentu immenso piscium ex fluminibus, lacubus & mari; venationibus quoque ferarum. Stockholm, in ea est regia & emporium, vrbs munita arte & natura, sita est in paludibus instar Venetiarum. Inde sortita est nomen, quòd sita in aquis, fundamenta sint palis stabilita.

GOTHIA, id est, bona terra; regi Sueciæ paret. In ea est portus & emporium Calmar, vrbs magna; habetque arcem, quæ operum magnitudine certat cum arce Mediolanensi. Apud Tingualla oppidum sunt fossiones optimi ferri. Hæc Zieglerus.

DE DANIA, Britannicis que insulis hic nihil addimus, cum de eis dictum sit in propriis, quas occupant, tabulis. Est in hac Tabula Islandia insula (veteribus Tyle dicta) miraculis, si quæ alia, clarissima. Etiam Groenlandia, paucis nota. Est hic quoque Frislandia insula veteribus prorsus ignota; neque apud Neotericos Geographos aut Hydrographos eius vlla sit mentio; præterquam vnum Nicolaum Zenum Venetum, qui anno à Christo nato M. CCC. LXXX. variis diutinisque in hoc Oceano iactatus procellis, tandem naufragus ad hanc insulam appulit. Hic tradit hanc insulam regi Noruegiæ obedire; maioremque esse Hibernia, eiusque primarium oppidum eiusdem esse cum insula nominis, incolasque vt plurimum piscationibus rem facere. Capitur enim in eius portu tanta omnis generis piscium copia, vt inde multas onerent naues, quibus eos in insulas circumiacentes auhunt. Mare huic insule ab Occidente proximum breuius & scopulis plenum, Icarium; & insulam in eo Icariam, ab incolis nominari scribit. De Groenlandia item insula dicit, hiemem ibi esse nouem mensium, ibidemque eo tempore minimè pluere, neque ineuntis hiemis niuës vnquam ante eius finem dissolui. Sed mirandum quod de monasterio Prædicatorij ordinis in hac insula D. Thomæ dicato addit; Esse nempe non procul ab eo montem Ætnæ instar igniuomum, ibidemque ignitarum aquarum fontem, cuius aquis non solùm omnia huius monasterij monachorumque habitacula hypocaustorum in modum calefaciunt, sed etiam omne genus ciborum, etiam panem, alio nullo adhibito igne coquunt. Tota huius monasterij fabrica ex tophis constat, quos idem mons inter ebullientes flammâs eruât. Hi ardentis topi enim, cum natura aliquid pingue habeant, & solidi sint, hæc aqua superinfusa extinèti, aridi & foraminibus rari atque leues relinquuntur; aqua verò in bitumen tenacissimum mutatur; quo postea cum hi topi in structuram coniciuntur, conglutinantur; solidissimumque opus contra omnem temporis iniuriam constituunt. Hortos etiam suos hac aqua irrigatos, vario florum, frugumque genere ridentes ferè semper habent. Situm est hoc monasterium in Oceani littore, & portum habet satis capacem, in quem hic fons suas aquas euomens, aded tepidum efficit, vt nunquam, etsi plaga sit frigidissima, congeletur. Inde hic tantus aquatilium pisciumque ex frigidioribus locis concursus, vt non solùm hi monachi, sed circumuicini etiam accolæ suauiter vnde viuant, habeant. Hæc inter alia de his insulis Zenus, qui Zichimni aliquot in hoc tractu insularum Principis, classis præfectus factus, omnes has oras Septentrionales perlustrauit.

Frislandia insula hoc nostro tempore denuò innotescere incipit; idque Anglorum auspicio, qui eam nouo nomine Angliam Occidentalem vocarunt. Apud veteres pauca harum regionum testimonia habes. Ex recentioribus eas descripserunt, Olaus Magnus Gothus, Episcopus Vpsaliensis; Albertus Crantzius; Saxo Grammaticus; Iacobus Zieglerus; Sigismundus ab Herberstein in suis Moschouiticis Commentariis. Edidit & Nicolaus Wimmanus maris Arctici nauigationem. Vide quoque Antonij & Nicolai Zeni fratrum, insularum sub polo Arctico sitarum Commentariolum, & naufragium Petri Quirini, ab eo & Christofero Fiorauante, nec non Nicolao Michaëlis, Italicè scripta.



R V S S I A,

aut potius

M A G N I D V C I S

M O S C O V I Æ I M P E R I V M.

HÆc Tabula non continet totam Russiam, nam deest Polonia & Lithuania quæ sub Russiæ nomine etiam comprehenduntur: sed vniuersum imperium Moscouiæ Ducis, quod mari Glaciali à Septentrione terminatur, ab Oriente Tartaros, à Meridie Turcos & Polonos, ab Occidente verò Liouones & Sueciæ regem, vicinos habet, exhibet: Cuius omnes regiones sigillatim describit Sigismundus Baro ab Herberstain: ad quem harum rerum studiosos lectores relegamus. De incolarum religione, ritu, viuendi que more, hæc pauca libenter ex eodem excerptimus. In religione ferè Græcorum ritum sequuntur. Eorum Sacerdotes vxores ducunt. Imagines in templis colunt. Infantes cum baptizantur, ter in aquam toti immerguntur; aqua verò baptismatis singulis infantibus consecratur. Confessionem, quamuis ex constitutione habent, vulgus tamen eam Principum opus esse, & ad nobiles pertinere existimat. Finita confessione, pœnitentiæque iuxta delicti qualitatem iniuncta, signo crucis frontem pectusq. signant, magnoq. gemitu clamant, Iesu Christe fili Dei, miserere nostri. Hæc est communis illorum oratio. Dominicam enim orationem perpauci sciunt. Communicant sub vtraque specie, miscentes panem vino, seu corpus sanguine. Pueris septem annorum porrigunt Sacramentum: dicuntque tum hominem peccare. Festos dies viri præstantiores peractis sacris, epulis, ebrietate, & vestitu eleganti venerantur; vulgus & ferui plerumque laborant; dicentes, feriari, & à labore abstinere, dominorum esse. Purgatorium non credunt: pro defunctis tamen sacra faciunt. Aqua benedicta nemo se aspergit, nisi à Sacerdote aspergatur. Ieiunant in Quadragesima septem perpetuas septimanas. Matrimonia contrahunt; Bigamum concedunt, sed vix legitimum matrimonium esse putant. Diuortia admittunt. Adulterium non appellunt, nisi quis alterius vxorem habuerit. Mulierum conditio miserrima est: nullam enim honestam credunt, nisi domi cõclusa viuat; adeoq. custodiatur, vt nusquam prodeat. Gens astuta & fallax, & quæ magis seruitute quàm libertate gaudet. Omnes se Principes seruos fatentur. Rarò illi est quies: nam aut bellum Lithuanis, aut Liouoniensibus, aut Tartaris infert: aut si nullum bellum gerit, sunt in præsidiis circa Tanaim & Oecam fluuios, ad reprimendas Tartarorum deprædationes. Tunicas oblongas, sine plicis; manicis strictioribus, Hungarorum ferè more gestant: ocreas ferè rubeas easque breuiore, vt quæ genua non attingant; soleasq. ferreis clauiculis munitas habent. Ventrem nequaquam, sed femora cingunt; atque adeò pubetenus, quò magis promineat venter, cingulum dimittunt. Iustitiam strenuè exercent in prædones. Furta & homicidia rarò capitali pœna puniuntur. Monetam argenteam habent, non rotunda, sed oblonga & ouali quodammodo forma. Pellibus nobiles ac pretiosissimis, quæ hinc per totam Europam exportantur, regio abundat: & vbique ferè siluosa est. Hæc omnia ex citato Sigismundo: Plura de his regionibus habes apud Matthiam à Michou, in libello de Sarmatiis; Alberti Crantzij V Vandaliæ, P. Iouium de legatione Moscouitarum ad Clementem VII. Albertum Campensem ad eundem. Et itinerarium Persicum Ambrosij Contareni. Sed videndus est etiam Bonfinij liber I. & II.

Decadis primæ rerum Hungaricarum.

T A R T A R I A,
S I V E
M A G N I C H A M I
I M P E R I V M.

QVI Tartaros describere velit, multas nationes describat necesse est, & easdem longè ab inuicem distantes. Nam Tartaria hodie ferè vocatur, quidquid terrarum ab Orientali Oceano, siue Mangico, positum est inter Septentrionalem Oceanum & Meridionales regiones, Sinam, Indiæ partem extra Gangem, Sacos, Iaxartem (hodie Chesel) fluuium, mare Caspium & Mæotidis paludem; & ad Moscos pænè Occidentem versus: quia hæc omnia ferè occupauerunt Tartari, & in iisdem locis resederunt. Ita vt antiquorum scriptorum Sarmatiam Asiaticam, vtramque Scythiam, Sericamque regionem (quæ fortassè hodiè Cataio est) comprehendat.

Horum nomen anno salutis M. C. C. X I I. primùm in Europa auditum est. In *bordas* diuiduntur, quæ vox illis significat conuentus aut multitudo. Sed vt varias longè lateque distantes Prouincias inhabitant, ita neque in moribus aut vitæ genere omnes cõueniunt. Homines statura quadrata, lata facie & obesa, oculis contortis & concauis, sola barba horridi, cetera rasi, corpore valido; animo audaci, equis, aliisque animalibus quoquo modo interemptis suauiter vescuntur; demptis porcis, à quibus abstinent: inediæ somni que patientissimi; equitantes porrò, si fames sitisque illos molestauerit, equis quibus infident venas solent incidere, hæustoque eorum sanguine famem pellunt. Et quoniam incertis vagantur sedibus, stellarum, in primis verò Poli Arctici, quem ipsi sua lingua *Seles nicol*, hoc est, ferreum clauum (teste Sigismundo ab Herberstein,) vocant, aspectu, cursum suum dirigere solent. Vno in loco non diu commorantur, rati grauem esse infelicitatem diu in eodem loco hære. Iustitia apud illos nulla. Homines sunt rapacissimi, nempe pauperissimi; vt qui alienis semper inhiant. Auri & argenti apud eos nullus vsus.




Vides in hac regione Tangut prouinciam; hinc omne Rhabarbarum quod per totum terrarum orbem consumitur, ad nos & vbiq. gentium defertur. Est hinc quoque Cataia regio, cuius Metropolis est Cambalu, quæ, vt Nicolaus de Comitibus tradit, duodeciginta Italica miliaria in ambitu habet, aut, vt M. Paulus Venetus scribit, triginta duo. Quadrata est forma, in singulis angulis arces constructæ videntur, quatuor milliariorum circuitum habentes, in quibus continuè Imperatoris præsidia sunt. Quinzai verò vrbs Mangi prouinciæ, quæ Orientem versus ad Oceanum Eoum conspicitur, hanc amplitudine excedere creditur; hanc namque idem M. Paulus, quem circa annum à natiuitate Domini 1260. ibidem habitasse constat, centena miliaria comprehendi scribit. Idem Odericus asserit. In lacu dulci sita est. Sunt in ea 1260. pontes, quorum quidam tantæ altitudinis sunt, vt naues onerariæ pansis velis subter eos transeant. Magnus Cham ibi statiuum præsidium 30000. militum habet. Vrbs admodum magnifica est, & amœna, inde nomen quoque adeptæ est; cum Quinzai, Cæli ciuitas interpretetur.

Tartari Imperatorem suum Cham vocant, quod idem sonat quod Princeps; sic enim Cambalu, Principis sedes, vel vrbs, interpretatur. Sigismundus ab Herberstein scribit Tartaros se ipsos Besfermannos vocare.

Tartaros, eorumque mores & ritus accuratissimè descriptos habes apud Sigismundum ab Herberstein. Vide & Antonij Bonfinij Commentaria Hungarica; M. Paulum Venetum quem diu inter illos vixisse constat; & Itinerarium Iosaphæ Barbari Veneti. De eorum origine lege Matthiam à Michou, Haythonum Armenum, Cælium Curionem in historia Sarracenicâ, & litteras Iacobi Nauarchi Iesuitæ. De Tartaris habes etiam quædam non negligenda apud Nicephorum lib. 18. cap. 30. Habet & Laonicus de Tartaris sub Scytharum nomine variis in locis multa, vt & Gregoras alius scriptor Græcus.

HANC regionem descripsit peculiari libello Bernardinus Scalantus, Hispanica lingua, ex quo nos hac pauca in Latinam transtulimus. Vastum hoc regnum China, incolae TAMER, & se ipsos TANGIS vocant. A vicinis accolis autem CHINA nominatur. Fines huius regionis sunt ad Oriente Mare Eoum, Cauchinchina prouincia à Meridie: Bramas ab Occidente; à Septentrione verò Tartaros vicinos habet, gentem bellicosissimam, à quibus muro manufacto, & monte nativo, disparatur. Regio solis & calis temperie, nec non hominum industria, omnium rerum ferax. Habet enim homines minime desidiosos, sed labori assuetos. Ociari namque hic ignominiosum est. Auri, argenti, & rhabarbari hic magna copia. Mare quod regionem alluit, & flumina, quae eam irrigant, omni genere piscium abundant. In montibus & pratis pecorum greges infiniti. Siluas & nemora incolunt apri, vulpes, lepores, cuniculi, Zebellini, martes, aliisque id genus animalia, quorum pelles in vestimentorum vsu expetuntur. Autum omnis generis, praesertim aquaticarum vberitatem, hinc colligere licet, quod in vrbe Canton, ex minoribus huius regni vna, ad decem vel duodecim anatum millia, singulis diebus in mensis consumuntur. Loca arenaria tritico & hordeo conferunt. Humida, plana, aut palustris, oryza; cuius quater in anno sementem faciunt, ex qua quoque praecipuus eorum consistit victus. Eminentiora praeruptaque loca habent pineta, quibus panicum, leguminaque interserunt. Nullus itaque locus, nullus ager infrugifer: & vbique hortus, rosa, & varium genus florum, frugumque. Sed & linum, vnde hic multiplex vestium genus, studiosè colunt, sed ante omnia saccharum, (cuius hic immensa feracitas) & morum arborem, ad nutriendos bombyces, quod praestant huius arboris folia. Serici enim hic magnus prouentus; & praecipua incolarum negotiatio.

Sunt in hoc regno ducenta quadraginta vrbes celebres, quarum nomina terminantur hac syllaba fu; quod vrbem significat: vt Cantonfu, Panquinsu. Opida quorum ingens est numerus, in cheu. Pagi innumeri sunt, incolis frequentes, ob continuam agriculturam. Omnes fere vrbes ad ripam nauigabilis cuiusdam fluminis sita sunt, largis profundisque fossis & muris munita. Hi muri ab inferiori parte viuis lapidibus, à superiori coctilibus extructi sunt. (Loco calcis, terra figulina vtuntur, eadem cum ea ex qua vasa quae vocantur porcellanica finguntur, firmissima) quorum nonnulli tanta sunt altitudinis atque crassitudinis, vt quatuor aut sex homines vnà incedere possent. Hi per interualla propugnacula altiora, ex quibus prospectus in procul distitos agros patet, sunt imposita. Ab vtraque horum murorum parte pomeria relinquunt tanta capacitate, vt sex equitibus per ea coniunctim iter sit. Atque hoc murorum opus tam solidum, sineq; vllis fissuris conspicitur, vt recenter factum quis putaret, cum tamen horum nonnullos ante bis mille annos constructos ex eorum annalibus constat. Introitus vrbiū per portas magnificè ad miraculum vsque extructas. Plateae quasi ad libellam factae, nusquam à recta linea declinantes, tanta sunt amplitudinis vt iter praebant decem quindecimue vnà equitantibus: haec, passim interstruuntur arcubus triumphalibus, qui vrbes vltra modum ornant. Lusitani quidam referant se vidisse in vrbe Fucheo curram quadraginta immitentē columnis ex solido marmore, quarū altitudo erat quadraginta palmorum (mensura architectonica) latitudoque duodecim. Hoc opus esse tanta magnitudinis, tam exquisita elegantia, tam insignis splendoris atque ingentis sumptus, vt omnes totius Europa magnificas structuras longè post se relinquere existiment. Vrbiū magnitudinem ex eo conuincimus, quod Canton quam vnā ex minoribus diximus, habet in circuitu duodecim millia passuum, vltra trecentos & quinquaginta, praeter eius suburbia, quae sunt grandia & populosa.

Gentis facies lata est, barbata, nasus simus, oculi parui: etsi quidam inter eos sunt forma satū decora & proportionata. Color vt Europaei; subsues autem ijs qui circa Canton habitant. Rarissimi vel nunquam patrio solo excedunt, neque facile peregrinum admittunt, imprimis ad interiora regionis; nisi fide publica à rege fuerit donati. Opalenti vel diuites sericeis indumentis vestiuntur; coloribus variegatis. Infima fors hominum gossypinis & nigris vestiunt, atque lanae, ex lana enim panni consiciendi ratio ijs in vsu non est. Viri, comam (vt apud nos mulieres) nutriunt, eamq; componunt circa verticem in nodum, quem clauo argenteo constringunt. Femina eandem comunt valde eleganter, aurūque & vario genitarum genere exornant. Vnguentis pigmentisque, vt apud Hispanos mos est, se depingunt. Neque in publicum vnquam prodeunt, nisi sellis tectis portatilibus, & domestica familia consociata. Licitum viri plures ducere vxores, quarum vnā domiretinent, ceteras diuersis in locis disponunt. Adulteros vltimo afficiunt supplicio. In vrbiū nullum lupanar, omne meretricium genus in suburbia relegatur. Nuptialia festa celebrant tempore nouilunij, & serè Marij mensis, qui dies illi primus est ineuntis anni. Haec, festa peragunt, vbi apud nos splendide, & magno apparatu. Conclauia tapetibus sericeis vestiuntur, sternunturque; ac flores sparguntur. Per multos dies continuos conuatiatur. Organa musica ludosque histrionicos adhibent. Comissionibus & potationibus adeoque strenuos se exhibent, vt neque ipsi Germanis aut Flandris ne minimum quidem cedant. Cibum autem manibus minime tangunt, sed furcula aut vno argenteo ori imponunt. Ad mensam sedent in cathedris, scamnisque, vt Europaei; non in terra, vt ceteri solent Asiatici. Gens est admodum ingeniosa, adeo vt curru excogitarint fabricauerintq; quos velis ventisque, per campos & loca plana, vti nauiga per mare, dirigere optime norint. Imprimendorū librorum artem, diu antequam nos eam excogitasset, isti libri excusis mundo exhibuere. Et cum in hac regione pro locorū natura, differenti vtantur lingua, adeo vt alter alterū minus intelligat, quā Hispani Cantabrū, [aut Germanus Gallum,] scriptura & caractere tamen alter alterius mentem optime comprehendit. Omnes itaque huius regni regionum incolae, vt & Cauchinchina, & insularum Lechiorum, vel Lequiorum, vno eodemque vtuntur alphabeto, (vt vocant,) vel potius literarum pictura: qua omnes res, omnemque loquendi formulam, scitissime exprimunt. Exempli gratia; Ciuitas, vel opidum, alter leombi, alter fu vocat, omnes autem hoc vocabulum hac eadem nota  depingunt. Eodem modo caelum, quod isti guant, tāli : Rex, istū bontai,  tali designant: atque sic cetera. Vtuntur namque huiusmodi vltra quinque millia rerum & verborum notulis. In scribendo autem imprimendū non vt nos, à sinistra ad dextram, neque ordine inuerso vt Hebraei, sed supernè rectè deorsum lineas ducunt.

Habet hoc regnum nauium trirēmum cymbarūque omnis generis, quo maria fluminaque traiciunt, infinitum numerum: adeo vt cum huius regis potentiam ostentare cupiunt, proverbio dicere soleant, eum iunctis nauibus pontem sternere posse, qui China Malacam vsque pertingeret, quod interuallum est quingentarum & amplius leucarum. Regio enim quia maritima est, & passim fluminis nauigabilibus irrigatur, haud minori populorū frequentia in nauibus, quā adibus habitatur. Sunt qui nunquam nauibus egrediuntur, sed perpetuo in ijs harentes, piscationi & aucupio operam dant vnde sibi victum quarunt, piscium enim vt dictum est, & animum hic admirabilis copia. Quamuis hac regio vltra modum animalium ferax sit, arte tamen hanc feracitatem adaugent hoc artificio. Vere duo aut interdum tria millia onorum simo condunt, (vt in Alcairo Aegyptij) cuius calore suo tempore erumpunt anatum pulli. Idem tempore hyemis faciūt, at tunc oua non simo condunt, sed sperta arundinacea imponunt, cui ignem seu focum tepidum substruunt, vnde aliquot dierum spacio, aequè prodeunt. Sed & hunc norunt piscandi modum. In ijs ciuitatibus quae situm habent (vt fere omnes huius regni) in ripis fluminum, mergos [coruus marinus Hispanus nominat] magno numero in caueis alunt, hos nauibus impositos ad fluminis profundum aduehunt, ibidemque eas tam diu sinunt, donec inluuient piscibus tumentem confpexerint, atque tum ad naues redeuntes, intronituntur: omnemq; capturam verū ante pedes euomunt. Hocq; toties quoties visum fuerit piscatoribus, reiterant. Atque cum demum ad caueas redierint, tunc colla earum dissoluuntur, & esca consueta saturantur assatim.

Tota hac regio vni subest regi, tamquam monarchia, quem Mundi dominum, & Solis filium vocant. Paquin vrbs versus Tartariam, regia eius sedes est. Ex hac nunquam nisi tempore belli egreditur. Manquin ciuitatem quondam eius praedecessores habitauerunt, in cuius memoriam ibidem aurea tabula magno honore custoditur. Haec, regis qui hodie regnat, nomen inscriptum tenet, tegiturque preciosissima cortina, quam nisi seitis diebus nō retegunt, eamque tunc superstuitiosa quadam obseruantiā, quasi ipsam Regiam referret maiestatem, venerantur. Auunt hunc cum bellum aduersus Tartaros gerit, in exercitum ducere trecenta peditum millia, equitūque ducenta: at gentem non adeo bellicosam esse, addunt. Habet sub se gubernatorem, quasi proregem; quem ipsi Tutan nominant. Hic caussarum totius regni disceptator & index. In iustitia administranda huic magna seueritas. Latrones & homicida perpetuis carceribus custodiuntur, donec aut flagris, fame, vel frigore vitam finiant. Quamuis enim vltimo supplicio (quod fere flagellatione constat) condemnentur, sententia tamen executio adeo tarda, vt maxima horum condemnatorum pars in vinculis natura cedat. Hinc tantus incarceratorum vbique in ciuitatibus numerus, vt in vna vrbe Canton sapenumero millesimum decimum quintum excedat. Furta, (quo nullum crimen hū partibus odiosius) flagri verberibus crudelissimis puniuntur. Flagellationis hic modus est. Hominem pronum ponunt, manibus à tergo religatis; hunc, flagro ex arundine aut calamo facto, furas crurum percutiunt, cuius ictus adeo vehemens, vt primo verberere sanguis eliciatur; secundus ictus adeo facinorosum excruciat, vt in pedes consistere nequeat. Singula crura singulis carnifices flagellant; tanta vehementia, vt plurimi ex quinquagesimo aut sexagesimo ictu vitam finiant, omnes enim nerui distrumpuntur. Lusitani referunt singulis annis eo mortis genere vltra duo hominum millia interire. Flagrum hoc latitudinis est quinque digitorum, crassitudine vnus, quod continuo aqua tingunt, vt flexibilis sit, & maiori impetu cadat.

Quod ad religionem huius gentis attinet, credunt omnes res creatas, omniaque inferna, atque horum gubernationem pendere à supernis, atque Calo, quem maximum omnium deorum credunt, eumq; primo alphabeti caractere exprimunt. Solem, Lunam, & Stellas adorant, etiam Cacodanionem, (quem ea forma quam nos Europaei depingunt) ne mala eis adferat, vt ipsi ferunt. Sumptuosissima habent tam in vrbiū, quā in agris, templa. Etiam duplex genus sacerdotum: alterum candido vestiunt raso capite, & in comune viuunt, vt nostri monachi; alterum atro, promisso crine, & seorsim habitat, vt nostri presbyteri. Neutrum vxorem ducit: horum vita tamen satū impudica & obscena. Haec tamen ex Scalanto. Libet his adiungere quadam ex alijs. Ioannes Barrius in suis Asiaticis Decadibus tradit hunc regem quindecim sub se habere prouincias, admodum amplas; quas illi Gubernationes nominant: additque hunc solum praesare potentia & opibus, ceteros omnes vicinos Asiae principes, eiusq; annuos redditus superare totius Europa diuitias. In mechanica omnis generis consicienda supellectile adeo dextri & nitidi, vt opus à natura creatum, nō manu factum videatur. Ad vrbem Nimpo, quam alij Liampo nuncupant, obseruasse ait quosdā ex Lusitanis trium mensium spacio, nauigio euectas 166000. serici libras. Odoardus Barbosa scribit gentem esse humanam & liberalem, vestiri instar Germanorum, quos quoque in pronunciando, voce admodū imitantur. Figulina illa opera pellucida, niueq; candidiora, quae apud eos in pretio sunt, & porcellana vocantur, apud hos sunt, hoc modo. Cochleas quasdam marinas ouorum testis miscet, aliisque quadam addentes. Subigunt: & massam faciunt. Hanc sub terra condunt, ibiq; eam macerari ad octuagesimum vel centesimum vsq; annum sinunt, heredibusque suis preciosi thesauri loco relinquunt. Ipsiq; ea vtuntur quam aui atavique posuere. Obseruantque ex veteri instituto, vt qui veterem tollat, recentem eius loco recondat. Antonius Pigesetta vocat hunc regem totius orbis terrarum potentissimum. Eius regiam tradit septemplici muro munitam, satellitūque ibidem habere decem millium militum; eundemq; imperare septuaginta regibus regali diademate coronatis. Muschum hinc ad varias orbis partes deuehi, idem asserit.

Andreas Corsalis addit Rhabarbarum, & vniones. In Iesuitarum Epistolis typis editis obiter quadam de hoc regno quoque describuntur. Huius populos Sinam vocari à Ptolemaeo, sius demonstrat, neque vox abluat. China enim cum scribant Hispani, Lusitaniq; Sina tamen pronunciant.



Cum prouincia Imperatoris, Regis, & Brabantiae ad de. centum. 1583.

Lacus hic notandus in Sincu prouincia factus fuit inundatioe A. 1557. in quo submersae sunt ciuitates septem propter gradus et passus. & mortem hominum tantam nonnulli, uno tantum puero in conuico arboru fructu.

CHINAE,
olim Sinarum regionis, noua descriptio.
auctore Ludouico Georgio.

Scala leucarum, quarum nouemdecim gradum efficiunt.

Altrae littora incognita sunt.



I N D I A.

NOBILISSIMAM totius Orbis terrarum partem **INDIAM** esse, neq. maiorem regionem uno nomine comprehendi, omnes fere scriptores unanimiter produnt. Ab Indo flumine nomen habet. India spatium, ex Strabone & Plinio, intra Indum ab Occasu; à Septentrione Tauri iugis; ab Ortus Eoo pelago; à Meridie suo, hoc est, Indico, clauditur. In duas regiones, Gange flumine interluente, dirimitur: quarum altera, quæ Occidentalis est, intra Gangem dicitur: altera ad Orientem magis, extra Gangem cognominatur. In sacris voluminibus illam *Euilat*, hanc *Seriam* vocitatum legimus, Dom. Nigro teste. M. Paulus Venetus eam videtur in tres diuidere, in *Maiorem*, *Minorem*, & *Intermediam*, quam *Abasiam* vocari dicit.

Hac India uniuersa non gentium tantum, atque opidorum propè innumerorum, sed omnium rerum prouentu (are tantum & plumbò excepto, si Plinio credimus) felix: flumina cum plurima, tum maxima: quorum irriguo procursu fit, ut in vdo solo, proximantis Solis vi, nihil non magna quantitate gignant. Aromatibus, gemmisq., quibus præ omnibus aliis mundi regionibus affatim abundat, totum ferè Orbem implere videtur.

Multa illi contigua sunt insulae hinc inde in suo Oceano sparsæ, aded ut meritò Orbem insularum dicere quis posset. In primis in eo est *Japan*, M. Paulo Venet. *Zipangri* dicta; quæ quoniam paucis abhinc annis haud multis cognita fuit, de ea hic nonnihil dicere visum fuit. Insula est latissimè patens, calig. eandem ferè eleuationem cum Italia habet. Incola religioni, litteris, & sapientia sunt addictissimi; & veritatis indagatores acerrimi. Nihil illis frequentius oratione, quam more nostro sacris in delubris exercent. Vnum agnoscunt Principem, à cuius imperio & nutu pendent: Sed & hic sibi supremum habet, *Voo* illis dictum, penes quem summum est rerum sacrarum, & religionis imperium. hic fortasse nostro summo Pontifici, ille Imperatori nostro assimilari posset. Huic plebs animarum suarum salutem credit. Vnum tantummodo Deum adorant, triplici capite effigiatum, cuius nullam tamen reddere norunt rationem. Infantes apud hos baptizantur: ieiuniis in penitentia testimonium corpora macerare student: Crucis signaculo contra demonum insultus, uti nos, se muniunt: aded ut in religione, & viuendi more Christianos imitari videantur: quos tamen, societatis **IESV** professores maximis laboribus in totum Christianam religionem imbuerere sat agunt. Sunt & *Molucca* insula, aromatum fertilitate celebres, & *anicula Manucodiatta* (quam nos *Paradisi auem* vocamus) nobiles. Est & *Sumatra* (olim *Taprobana*) insula veteribus nota. Sunt plures alia; uti *Jaua maior* & *minor*, *Borneo*, *Timor*, &c. quas in *Tabula* videre licet.

Has Indias ex veteribus descripserunt *Diodorus Siculus*, *Herodotus*, *Plinius*, *Strabo*, *Q. Curtius*, & *Arrianus* in vita *Alexandri Magni*. Extat & epistola *Alexandri Magni* ad *Aristotelem* de situ India. Ex recentioribus *Ludouicus Vartomannus*, *Maximilianus Transylvanus*, *Joannes Barrius* in suis *Asiaticis Decadibus*, & *Cosmas Indopleutes*, quem citat *Petrus Gyllius*. Sed vide etiam *Jesuitarum* epistolas, in quibus multa ad cognitionem *Insulae Japanae* facientia obuiam occurrunt. Scripsit & *Joannes Maceo Jurisperitus* *Indicarum Historiarum* libros **III**. Hispanus quidam auctor, *Castagnedo*, harum *Indiarum* historias etiam *Hispanica* lingua edidit. De insulis in hoc Oceano sparsis, lege lib. vigesimum tomi secundi *Goncali Ferdinandi Ouetani*, eadem lingua editum.



PER
sue So-
perij li-
dum flu-
pentin:

STAE
phorum Im-
mices ad In-
vium usque
gunt



Circulus aequinoctialis.

NOVA GVINEA
quam Andreas Corsalius Ter-
ram Picinaculi appellare vi-
deat. An insula sit, an pars
continentis Australis incer-
tum est.

Cum Privilegio.

PERSIÆ REGNUM,

SIVE

SOPHORVM IMPERIVM.


PERSARVM imperium uti olim celebre, sic etiamnum hodie maximè clarum est, amplissimâsq. regiones comprehendit: nam omnis is Asia tractus, qui est inter Tigrim fluvium, Sinum Persicum, Mare Indicum (quod olim Rubrum,) Indum, & Faxartem (hodie Chesel) fluvium, & Caspium mare, nostra aetate à Sophis Persia regibus possidetur. Hunc totum terrarum tractum Plinius lib. vii. cap. xxxvii. ex Agrippa sententia Medis, Parthis & Persis attribuit. Ammianus vero Marcellinus, qui tempore Juliani Apostata Imp. vixit, hunc Persidi dumtaxat ascribit. Has enim eius regiones hoc ordine lib. xxiiij. enumerat: Assyria, Susiana, Media, Persis, Parthia, Carmania maior, Hyrcania, Margiana, Bactriani, Sogdiani, Saca, Scythia ultra Emodem montem, Scrica, Aria, Paropamisada, Drangiana, Arachosia & Gedrosia. Haec regiones omnes etiamnum hodie sub Persarum imperio, (quantum ex variis scriptoribus, neotericorumque peregrinationibus colligere potui) mutatis tamen nominibus, degeere videntur.

De Sophorum origine, ex Ioannis Barrij Asia Decadibus hac transtulit Calius Cuvio, in sua historia Saracenicâ. Anno salutis nostrae M. CCC. LXIX. erat quidam Regulus inter Persas, Ardenelim oppidum obtinens, Sophi appellatus, qui se ex Alis Muamedis generi stirpe, per Musam Cazinum eius nepotem oriundum gloriabatur. Hic Babylonio Calyfa extincto, & aduersa factione, quam Turca tuebantur, à Tartaris depressa, coepit liberius suam de religione sententiam profiteri: & quia Hocemus Alis filius, à quo ipse se genus ducere iactabat, duodecim filios habuerat, volens aliquod sectae suae, quo à ceteris dignoscerentur, signum imponere, instituit, ut qui suam sectam amplecti vellet, tiaram sub velo, quo caput Turca omnes inuoluunt (tulibantem appellant) purpuream gestarent, qua in medio extra tulibantem duodecim fastigia emitteret. Eoq. mortuo successit filius Guines appellatus; qui tantum sibi in toto Oriente doctrina sanctitatisq. opinionem conciliauit, ut Tamerlanes ille clarissimus Parthorum Imperator, qui Bayazetem Turcarum regem cepit, per Persidem iter faciens, cum quasi sanctum aliquem virum inuisere voluerit: ab eoq. Guines triginta captiuorum, quos secum adducebat, millia, dono impetravit, quos ipse post in secta sua instituit; eorumque opera Secaidar eius filius in bellis usus est: is enim Guine mortuo, Georgis Scythia populis, suis finitimis, sed Christianis (horum viribus fractus) bellum intulit, multisq. illos cladibus afflixit, &c. Haec de Sophorum origine dicta sint. Hi cum Turcis continua bella ob Mahumetanam religionem gerunt; quoniam Sophiani unum Mahumeticae religionis interpretem sequuntur, & Turca alterum; qui quidem interpretes inter se sunt dissentientes, adeo ut Sophiani haeretici sint nuncupati à Turcis, & Turci à Sophianis. Gens natura liberalis est, & ciuilitatis amans, litteras & artes colunt, nobilitatem agnoscunt: in eo à Turcis differunt, quod hi nullum sanguinis aut stemmatum discrimen norunt.

Harum regionum situm, gentisque viuendi morem & ritus, vide apud Aloysium Ioannis Venetum, Iosaphat Barbarum, Ambrosium Contarenum, Ioannem Mariam Angiolellum, & cuiusdam mercatoris anonymi, cum his impressam peregrinationem. Consule etiam Iesuitarum Epistolas, & Caterini Zeni Patricij Veneti Commentaria rerum Persicarum. Mediam regionem pulchrè describit Polybius, lib. 5.



VERBODEN TOEGANG
TOEGANG VERBODEN



T V R C I C V M I M P E R I V M.

TURCICI Imperij originem, incrementum, & quomodo paulatim in hanc (qua hodie nobis minari videtur) magnitudinem excreuerit; his paucis ex nostri temporis Historiographis lectori excerptimus. Anno à Christo nato M.CCC. OTTOMANNVS Turca quidam Zichi filius, tenuis conditionis homo, nomen & dignitatem, ob ingenium, & rei militaris peritiam, inter Turcas habere cœpit. Hic nomen Turcarum Imperatorum familiæ dedit; & primus eorum regem constituit. Ex XXVII. annis, quibus imperauit, Bithyniam & Cappadociam obtinuit. Plurimaque loca munita Pontico mari adiacentia occupauit. Huic successit filius ORCHANES, hic Prusiam amplissimam urbem expugnauit, regni que caput fecit: A Tartaris vigesimo secundo regni anno, infeliciter pugnans, occiditur; filiumque AMVRATHEM imperio reliquit, qui à Græcis dissidentibus euocatus, primus ex Asia in Europam traiecit, Callipolim & Cherronesum cepit; Abydum superat. Philippopoli & Hadrianopoli urbibus in potestatem redactis, Seruia Bulgariaque nobis adempta, superiorem Mysiam ingressus, obiit, pugione percussus; imperij anno vigesimo tertio. Cuius filius BAI AZETHES fratre occiso, magnam Thraciæ partem occupauit; totam ferè Græciam subegit; & Phocidem Bulgariae partem, sed victus à Tamberlane, inglorius obiit. Capto patre CALEPINVS filius regnum obtinuit. & cum Sigismundum bello funditus deturbasset, Imperatorisque Constantinopolitani fines deuastare cœpisset, in ipso ætatis flore obiit; cum sex annis imperasset. MAHOMETES post hunc imperium arripuit, qui Valachis asperrimum bellum intulit; maiorem partem Slauioniæ subegit; primus Danubium traiecit: Macedoniam perdomuit: & ad Ionium vsque pelagus peruenit. Translata regia sede ex Bithynia Hadrianopoli posuit, vbi e vita excessit, decimo quarto imperij anno. Hinc AMVRATHES II. regendi munus subiit. Hic obtinuit Epirum, Ætoliam, Achaïam, Bœotiam, Atticam, & Thessalonicam Venetæ ditionis urbem. Huic succedit MAHOMETES II. qui Athenas euertit. Constantinopolim 29. die Maij anno 1452. expugnauit. Trapezuntium Imperium suæ potestati subiecit. Corinthum cepit. Lemnum, Eubœam & Mitylenen insulas bello subegit. Capham urbem Genuensium deuicit. Præfuit is imperio 32. annis. BAI AZETHES II. bellum in Venetos gessit; eis que Naupactum, Methonam, Dyrrhachiumque abstulit, Dalmatiãque omnem depopulatus est: obiit veneno. Huius filius ZELIMVS imperium inuasit. Hic Alcaïrò munitissima Ægypti vrbe expugnata, Sultanoque cæso, Alexandriam, totamque Ægyptum suo imperio subdidit. Damascum cepit. SOLYMANNVS vnicus Zelimi filius suffectus est patri, Belgradum expugnauit; Budam regiam urbem occupauit, Strigonium, Hungariam ferè totam deuastans, Rhodum insulam dedicatione obtinuit, Quinqueecclesias euertit. Iula vrbe capta, Zigethum obsedit, in obsidione obiit. quam filius Zelimus II. imperij hæres diripuit, anno 1566. Atque hoc modo sub vndecim Imperatoribus ducentis sexaginta annis magnam Africae, maiorem Europæ, & maximam Asiæ partem, Turcica tyrannide sibi subiugarunt. Sed qui harum historiarum cognitionem pleniorẽ desiderat, legat Paulum Iouium, Christoferum Richerium Senonem, Cuspinianũ, Bapt. Egnetium, Gilb. Nozorem, Andream Lacunam, Pium II. cap. 4. Europæ, & ceteros Turcicarum rerum scriptores.

Turcarum originem, Ottomanorumque profapiam diligentissimè descripsit Laonicus Chalcondilas.

Adolphus Venetus hanc Calepinum inter Turcos Imperatores non numerat; post Bazazethem enim cœnue Mahometem constituit. Docetque ne ab ipsis quidẽ Turcis cum Imperatoris loco haberi. Quod me monuit (vt cuique quod sub est tribuam) humanis, viz Georgius Bruno Agopit nensu.



TURCICI IMPERII DESCRIPTIO.

*Concordia pariter crescant,
Discordia maxime dilabuntur.*

*REGNI PERSIAE
PARS, QVOD HODIE
A SOPHIS GUBERNATUR.*


*OR MVS Regnum peculiariter habet Regem
Euphratis Regi tributarium continet totum
Arabiam hircaniam ad Euphratem fl. usque usq.
ad C. Ras alghai. nec non partem Regni Persiae
qua adiacet fretis Babyloniae, nihil forte amicus
Socii Persiae. Cuius metropolis est urbs Ormus
in insula Goro flu. imperium ababe.*

*Hic Propheria
hames totius
Aethyopie rex longae
latus imperat.*

*Regnum ab Desfarrade
huc per Venetiam Eu-
ropeam ad fretum Alcori
laetissimum quam inde Se-
cotinam appellat.*



Meridies



TERRA SANCTA.

QUAM veteres Palæstinam & Phœniciam vocauerunt, Europæi omnes hodie Terram Sanctam nominant, eoque vocabulo comprehendunt eam regionem quam olim Israëlitarum populo sub nomine Terræ promissionis Deus incolendam dedit, & quam postea defuncto rege Solomone, in duo regna diuisam legimus, in Iudæa nempe, quæ duas tribus Iudæ & Benjamin, atque metropolim Hierusalem habebat: & Samariæ, in qua reliquæ decem tribus, & vrbs Sebaste, vel Samaria. Huius Terræ sanctæ descriptionem recentiore (quam hæc tabula exhibet, veterem enim alia sibi vendicat) exactissimam, singulari volumine edidit F. Brocardus monachus, ad quem lectores huius cognitionis studiosos relegamus. Huic adiungant, si velint, Guilh. Tyrij Bellum sacrum, ceterosque Peregrinationum Hierosolymitanarum auctores, quorum non paruus numerus vario linguarum idiomate typis excusus proferat. Multi enim Christiani non tantum ex diuersis Europæ, sed & totius Orbis, partibus, vti olim, ita & nunc in hanc terram deuotionis ergo se deferunt, Hierosolymam & in ea Domini nostri Saluatoris sepulchrum visitaturi, ibidemque interdum à Franciscani ordinis monachis milites creantur, quos inde Sancti sepulcri cognominare solemus: quorum creandorum ritum ac modum hic subnectere ex Iodoci Meggeni peregrinatione non iniucundum duximus. Sic enim hunc describit. *Ante omnia igitur ordinandus Miles præparet se ad deuotionem, vt valeat percipere gratiam officij sacra militiæ, ac præmissa confessione, auditæque missa, & percepta dominica communionem, introritur in atrium sanctissimi sepulchri, & tunc incipiat iuxta modum qui sequitur. Primo, congregatis omnibus intra sanctissimum sepulchrum, cantetur hymnus, scilicet, Veni creator spiritus &c. Deinde, Emitte spiritum tuum &c.*

Responso. *Et renouabis &c.*

Domine exaudi &c.

Oremus. *Deus qui corda fidelium sancti spiritus &c. Deinde interrogari debet à Patre Guardiano, Quid queris?*

Responso, flexis genibus. *Quæro effici miles sanctissimi sepulchri Domini nostri IESU CHRISTI.*

Interrogatio. *Cuius conditionis es?*

Responso. *Nobilis genere, & parentibus generosis natus.*

Interrogatio. *Habes vnde honestè conseruare possis statum, & militarem dignitatem, absque mercibus, & arte mechanica?*

Responso. *Habeo Dei gratia bonorum sufficientem copiam.*

Interrogatio. *Es ne paratus corde & ore iurare pro virili militaria sacramenta, eaque seruare qua sequuntur? Primo, Miles sanctissimi sepulchri omni die opportunitate habita Missam audire debet. Secundo, cum necesse fuerit, bona temporalia & vitam exponere debet, scilicet, quando est bellum vniuersale contra infideles, & venire in propria persona, vel mittere idoneum. Tertio est obligatus sanctam Dei Ecclesiam, & eius fideles ministros, ab eorum persecutoribus defendere, & pro viribus liberare. Quarto, debet iniusta bella, turpia stipendia & lucra, hostilitas, duellum & huiusmodi (nisi causa militaris exercitationis) omnino vitare. Quinto debet pacem & concordiam inter Christi fideles procurare, Rempublicam exornare & augere, viduas & orphanos protegere, iuramenta execrabilia, periuria, blasphemias, rapinas, vsuras, sacrilegia, homicidia, ebrietatem, loca suspecta, & personas infames, atque vitia carnis vitare, & tanquam pestem cauere, & se apud Deum hominesque irreprehensibilem exhibere, ac etiam verbo ac facto se dignum tanto honore demonstrare, Ecclesias frequentando, & cultum diuinum augmentando. Quaratur ergo, si est paratus corde & ore hac omnia protestari, iurare, & facere.*

Responso. *Ego N. &c. profiteor, & promitto Deo Iesu Christo, & B. virg. Maria hæc omnia pro virili me obseruaturum. His peractis benedicatur ensis à Guardiano secundum formam inferius positam, si non est alius benedictus: sed si benedictus est, vel post benedictionem, vocato vno ordinandorum, & genu flexo ante sanctissimum sepulchrum, Guardianus ponat manus super caput eius, & dicat, Et tu N. esto fidelis, strenuus, bonus, & robustus miles Domini nostri Iesu Christi, & sanctissimi eiusdem sepulchri, qui te cum electis suis in gloria sua collocare dignetur, Amen.*

Hoc finito Guardianus porrigit militi calcaria inaurata, qua pedibus suis accommodabit in terra existens. Postea dat enses nudum Christi militi, dicens, Accipe N. sanctum gladium in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, Amen. (ter signum crucis exprimens) & vtaris eo ad defensionem tuam, & sancta Dei Ecclesia, & ad confusionem inimicorum crucis Christi, ac fidei Christiana, & quantum humana imbecillitate poteris, eo neminem iniuste ledas: quod ipse præstare dignetur, qui cum Patre & Spiritu sancto regnat Deus per omnia secula seculorum, Amen.

Deinde ensis in vaginam reponitur, & à Guardiano prædicto ense cingitur, dicendo, Accingere N. gladio tuo super femur tuum potentissime, in nomine Domini nostri Iesu Christi, & attende quod sancti non in gladio sed per fidem vicerunt regna. Ense accinctus Miles surgit, & genibus nixis, inclinatioque capite supra sanctum sepulchrum à Guardiano ordinatur, percutiendo ter ense prædicto scapulas militis, & dicendo ter, videlicet, Ego confitutus & ordinatus te N. militem sanctissimi sepulchri Domini nostri Iesu Christi, in nomine Patris, & filij, & spiritus sancti, Amen. faciens ter signum crucis. Deinde osculetur eundem, ponens more maiorum torquem aureum cum cruce pendente, in collo eius, & ordinatus deosculetur sanctum sepulchrum; postea discedat & restituat omnia, & vocato alio, hysdem caerimonijs in numerum militum sancti sepulchri cooperatur: ordinatus interim in atrio sancti sepulchri remaneat, quousque omnes ad hunc honorem promouendi, sint promoti. Post quorum vel cuius ordinationem, Te Deum laudamus, &c. à monachis decantatur, & ad sacellum fratrum minorum itur, vel ibidem statur, pro vt voluerit vel ordinauerit Guardianus: deinde dicuntur hæc in singulari, si vnus est; si verò plures, in plurali. In singulari dicitur, Sponsus præ filijs hominum accingere N. &c. gladio tuo super femur tuum potentissime: & si sunt plures, dicitur in plurali.

Versus. *Domine exaudi &c.*

Responso. *Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.*

Oremus. *Da Ecclesia tua misericors Deus, vt sancto Spiritu congregata, hostili nullatenus incurfione turbetur.*

Omnipotens sempiternus Deus super hunc N. (vel hos) famulum tuum, qui eminenti mucrone circumcingi desiderat, gratiam tua benedictionis infunde, eundemque dextera tua virtute munitum fac contra cuncta aduersantia cælestibus armari præsidijs, quibus nullis in hoc saculo tempestatibus bellorum turbetur. Per Dominum nostrum &c. Ad extremum amplectitur illum Guardianus, & alij, si qui volent.

Benedictio ensis. *Is qui benedicit, teneat enses nudum ante se, & dicat, Adiutorium nostrum in nomine Domini, &c.*

Oremus. *Exaudi quaesumus Domine preces nostras, & hunc enses, quo se famulus tuus hic cingi desiderat, maiestatis tua dextera dignate benedicere, quatenus possit esse defensor Ecclesiarum, viduarum, orphanorum, omniumque Deo seruientium contra scuitiam paganorum, alijque sibi insidiantibus sit terror & formido, præstans ei aqua persecutionis, & iusta defensionis effectum, per Christum Dominum nostrum, Amen.*

Oremus. *Benedic Domine sancte pater omnipotens æternæ Deus per inuocationem nominis tui, & per aduentum Christi filij tui Domini nostri, & per donum spiritus sancti hunc enses, vt hic famulus tuus, qui hodierna die, tua concedente pietate, præcingitur, visibiles & invisibiles inimicos prosteruat & conculcet, victoriæque potitur, maneat semper illatus, per Christum Dominum nostrum, Amen.*

Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum, Misericordia mea, & refugium meum, susceptor meus & liberator meus, Protector meus & in ipso speravi, qui subdit populum meum sub me. Gloria Patri & Filio, &c.

Saluum fac seruum tuum Domine, Deus meus sperantem in te. Esto ei Domine turris fortitudinis, A facie inimici.

Domine exaudi orationem meam. Dominus vobiscum &c.

Oremus. *Domine sancte, Pater omnipotens, æternæ Deus, qui cuncta solus ordinas, & rectè disponis, qui ad coercendam malitiam & improbitatem malorum, & tuendam iustitiam, vsu gladij in terris hominibus tua salubri dispositione permisisti, & militarem ordinem ad populi protectionem institui voluisti, quique per beatum Ioannem militibus ad se in deserto venientibus, vt neminem concuterent, sed proprijs contenti essent stipendijs, dici fecisti, clementiam tuam suppliciter exoramus, vt sicut Dauid puero tuo Goliath superandi largitus es facultatem, & Iudam Machabeum de feritate gentium, nomen tuum non inuocantium triumphare fecisti: ita & huic famulo tuo N. qui nouiter iugo militiæ colla supponit, pietate cælesti vires ac robur ad fidei & iustitiæ defensionem tribuas, præstesque ei fidei, spei, & charitatis augmentum, & tui timorem pariter & amorem, humilitatem, perseverantiam, obedientiam, & patientiam, cunctaque in eo rectè disponas, vt neminem cum gladio isto vel alio iniuste ledat, & omnia cum eo iusta & rectè defendat, & sicut ipse de minori gradu ad nouum militarem prouehitur honorem, ita veterem hominem depouens cum actibus suis nouum induat hominem, vt te timeat, & rectè colat, perfidorum consortia vitet, & suam in proximam charitatem extendat, præposito suo in omnibus rectè obediat, & suum in cunctis iuste officium exequatur. Per Christum Dominum nostrum, Amen.*



TERRA SANCTA.
*A Petro Leisnain perlustrata, et ab eius ore
 et schedis a Christiano Schrot in tabulam redacta*

MARE MORTVVM. olim Salmarum
 vallis, profuita fecunditatis, et amoenitatis: quam Jordanis
 mediam irrigabat: adeo ut ob fertilitatem paradiso Dei
 conferebatur. Post autem Sodoma eversa, et vicina
 opida, mutata est in illam sterilitatem, qua hodie
 adhuc conspuitur. Diuina ultionis admiranda
 vestigia.



SEPTENTRIO

ORIENS

OCCIDENS

SYRIVM

N A T O L I A,

O L I M

A S I A M I N O R.

PETRVS BELLONIVS, in peregrinationum suarum doctissimis obseruationibus, inquit, hanc Asiæ partem (ab antiquis Minorem appellatam,) hodie à Turcis Natolia, aut Anatolia appellari, à Græco vocabulo *ἀνατολία*, quod Orientem significat. Eoque vocabulo comprehendi omnem Asiæ regionem vltra Propontidem, & Hellespontum (cui Ottomannorum prosapia præest) sitam, nempe vniuersam Phrygiam, Galatiam, Bithyniam, Pontum, Lydiam, Cariam, Paphlagoniam, Lyciam, Magnesium, Cappadociam, & Comagenam. Quarum regionum conditionem, viuendi que morem atque ritum hodiernum scire qui desiderat, eundem auctorem tanquam testem oculatum consulat. Videat & Andream Theueti Cosmographiam Orientalem (vt vocat,) Nicolai Nicolai obseruationes Orientales, & Petri Gyllij Bosphorum. Ex omnibus Asiæ regionibus Paphlagoniâ solam æs proferre, eiusque regem (quem Ismaëlem vocat) ex ea quotannis tributi nomine quinque myriades staterum auri accipere, scribit Laonicus Chalcondilas. Videtur tamen hîc eum non de vniuersa Asia hoc velle intelligi, cum addat, hoc æs, secundum Iberiæ æs, optimum perhiberi: Iberia enim Asiæ regio est ad mare Caspium. Sed de Asia quæ Minor cognominatur, cuius pars Paphlagonia est, hoc fortasse verum erit. Rhodum insulam, quæ huic Asiæ Minori adiacet, descripsit Theodoricus Adamæus Suallebergus.

A E G Y P T V S.

AB Occidente hæc regio desertis Barca, Libyæ ac Numidia clauditur: ab Oriente desertis quæ Aegypto & mari Rubro interiacent: à Septentrione mari Mediterraneo: à Meridie agro Bugiensi. vt habet Ioannes Leo, qui eam in tres regiones distinguit; in Assahid, quæ est inter Bugiam ad Alcaïrum: Errisiam, quæ est ab Alcaïro Rosetum: & Becbriam, quæ inter Pelusium & Tenessam iacet. Apud Haithonum legimus eam in quinque prouincias distributam. In Sayt, Demesor, Alexandrina, Resnit, & Damiatam. Quæ hic Sayt, & Leoni Assahid vocatur, Tyrio Serch appellatur, nisi vitiosa sit lectio. Idem nominat quandam aliam regionem, quam Aegyptij sua lingua Phium dicunt. Longitudinem regionis Aegypti facit Haithonus quindecim dierum. (Viginti quinque habebat manuscriptus codex, mendose, vt puto, in quo hic auctor Antonius Curchinus, non Haithon, nominatur) & trium latitudinem. Cui videtur suffragari Tyrius, dicens inter Phacusam & Alexandriam, Inferioris regionis vrbes, centum & amplius M.P. esse distantiam. Superiorem autem latitudinis vix esse septem, aut octo, interdum inter montes aded constringi, vt vltra quatuor aut quinque M.P. non pateat interuallum. Leo facit eius longitudinem à mari vsque ad Bugiam quadringentorum & quinquaginta miliarium Italicorum, latitudinemque fere nullam illi adtribuit, in parte nempe Superiore. Nilum fluuium qui totam eam irrigat, quatuor duntaxat, contra omnes veteres, ostijs in mare descendere, docet Guil. Tyrius, auctor dignus cui hac in re fides adhibeatur. Oculatus enim testis fuit & diligens eius inuestigator. Est tabula apud me, quam puto in Aegypto manu descriptam, quæ totidem, neque plura memoria digna ostendit. Præter Alexandriam & Cairum, nullam scribit Haithonus in tota regione urbem munitam, aut muris cinctam. Plures tamen in ea, et si quis quot, nomine & situ describit, lib. 8. suæ Africa. De Aegypto vide quoque Brocardi Terra Sancta descriptionem, ad finem; item Bellonium, Guilandinum, & Nigrum. De Nilo, Goropium, & Nugarolam, præter veteres, quos lege in nostra veteris Aegypti tabula.

C A R T H A G I N I E N S I S

P O R T V S.

CARTHAGINEM Romani imperij æmulam, & alterum post Romam, Orbis terrarum de- vidimus, describere, nostri non est instituti, sed quia hunc eius Sinum proflare in Italia hac forma atque hisce Pauli Iouij verbis exprimere visum fuit. Carthaginiensis sinus ea forma est, vt eius ingres- sus ab alto adnauigantibus abscondatur; quoniam Clupeæ promontorium, antiquis Mercurij & Pul- chri vocatum, multum in occidentem Solem sese extendit, & introrsum demum se reflectens, alte- rum efficit promontorium, olim Apollinis, hodie Zafranum à nautis appellatum. Inde verò lunato ambitu ad Guletæ fauces recuruat; & ad læuam Radæ vrbes calidarum aquarum salubritate cele- bris, regionem relinquit. Ex aduerso autem collapsæ Carthaginis situm spectat. Hæc ille. Sed apud Ioannem Leonem etiam loca huic vicina, lustrare licebit.

NATOLIAE.
QVAE OLIM
ASIA MINOR.
OR. NOVA DE-
SCRIPTIO.





ABISSINORVM

S I V E

PRESBYTERI IOANNIS

I M P E R I V M.

QUVM Europæi Presbyterum Ioannem vocant, à Mauris ATICLABASSI, à suis, hoc est, Abissinis ACEGVE, & NEGYZ, hoc est, Imperator, & Rex cognominatur; nam proprium nomen (vbi apud nos) à parentibus pro arbitrio eis inditur. Videntur etiam (quemadmodum nostris Romanis Pontificibus mos est) proprium nomen in suscipiendo Imperio commutare; nam ille qui nostra ætate cum Rege Lusitano amicitie fœdus inuit, Atani Tingil vocabatur, quod nomen cum ad Imperium venerat, in David permutauerat. Hic Presbyter Ioannes inter maximos nostræ ætatis Monarchas procul dubio censendus est, vt qui inter vtrumque Tropicum à Mari Rubro ad Aethiopicum ferè Oceanum pertingit. Et vt accuratius aliquantùm eius Imperij limites (quemadmodum eos ex nostri temporis scriptis lustrationibus colligere potuimus) describamus: A Septentrione habet Aegyptum (quæ sub Turcis est) vicinam, ab Oriente ad Mare Rubrum, & Sinum Barbaricum ex parte extenditur; à Meridie Lunæ montibus à natura vallatur; ab Occidente verò Regno Manicongi, Nigro amne, Nubiæ Regno, & Nilo flumine terminatur. His scriptis terminis videtur comprehendere antiquorum Aethiopiam sub Aegypto cognominatam, Troglodyticam, & Cinnamomiferam regionem, & Libyæ interioris partem. Hæ regiones hodie multis & variis nominibus distinguuntur, vt ipsa tabula ostendit. Incolæ omnes, Abissinos se vocant. Sunt subsusci coloris. Christiani sunt; vt patet ex litteris prædicti Dauidis, ad Clementem VII. scriptis. De quorum moribus, viuendi genere, & religione, hæc pauca ex Francisci Aluarezij Itinerario, Italica lingua excuso, delibabimus.

Est his regionibus magnus Monasteriorum vtriusque sexus numerus; in virorum Monasteriis, neq. mulier, neque animal femine sexus vllum intrat. Horum Monachi leiuniū, quod quinquaginta dierum hic est, aqua vt plurimum & pane obseruant; nam piscium hic magna est penuria, præsertim in mediterraneis; nam & si amnes piscosi sint, piscationibus tamen minimè indulgent, cum artem piscandi non calleant. Horum quidam eo tempore vix panem gustant, sed herbis dumtaxat sustentantur: sunt inter illos qui per totum hoc ieiunium non dormiunt, nisi mento tenus subter aquam sedentes. In templis, more nostro, campanas habent, sed plerumque saxæas. Sacerdotes Presbyterique sunt coniugati. Missam celebrant. Processiones crucibus thuribulisque peragunt. Monachi comam nutriunt, Sacerdotes non item; neuter calceis vestitur, neque quis calceatus (etiam laicus) templum ingredi potest. Diebus Sabbathi & Dominicis feriatur. Circumciduntur omnes, etiam femine, sed baptizantur quoque in nomine Patris, Filij, & Spiritus sancti, sed non ante diem quadragesimum; qui ad hunc diem non pertingunt, in baptizati obcunt. Omnibus baptizatis eodem momento sacram Eucharistiam ministrant, multa superinfusa per os frigida, vt facilius à pueris diglutiatur. Nomina quibus induuntur propria, sunt omnia significatiua. Dicunt se ad religionem Christianam conuersos à Candace (cuius in Actis Apostolorum memoria est) Regina, quam Iudith vocatam putant. Habent librum in octo partes distinctum, quem Manda & Abetilis vocant; hunc ab omnibus simul Hierosolymæ vnà congregatis Apostolis scriptum asserunt; huius contenta omnia studiosè admodum obseruant. Plebs digama ferè est; hoc est, duas tres ve vxores impunè ducunt, pro ratione facultatum, quibus eas alere possunt; sed tales ab Ecclesiasticis à templis arcentur. Diuortia quoque facere illis licet. Vaccinas carnes crudas sanguine recenti tanquam iure aliquo tinctas, Nobiles in deliciis habent.

In toto Presbyteri Ioannis regno æris monetæ vsus non est, sed eius loco aurum purum insectumque penditur. Etiam sal (sed hoc non solum in his regionibus, at per totam ferè Africam) rerum corruptionibus inseruit. Idem alicubi ferrum globuli forma expolitum facit. Sed piper in tanto auro hoc est pretio, vt quodcumque quis mercari sibi velit, pro eo redimere facile sit. Habent hæ regiones ferè omnis generis animalia, & aues, vti sunt elephantes, leones, tygrides, lynces, taxos, simias, & ceruos, (hoc contra veterum opinionem, qui negant Africam nutrire hoc animal) sed toto sexennio, quo noster hic Aluarezius his locis hæserit, vrsum neque cuniculum, carduelem neque cuniculum se vidisse scribit.

Sunt his locis peculiare malum & lues, Locustæ; quarum tantus interim excrescit numerus, vt aërem obfuscare videantur, tam densis agminibus nunc hanc nunc illam prouinciam more hostium vastantes, vt omnem segetem messemque deuorent, arborum folia corticesque depascantur, camposque adeò depopulentur, vt incolæ sæpè domicilia auita relinquere, & ad alias sedes commigrare, cibi penuria cogantur.

Est in hoc tractu vrbs Cassumo nomine, sedes olim (vbi in eorum Annalibus est) Regine Sabe, quam Maquedam nuncupatam ferunt, adduntque hanc ex Rege Salomone filium suscepisse, nomine Meilech. Hanc urbem postea à Regina Candace habitatam iisdem persuasum est. Sed præstat harum rerum studiosum Lectorem ipsum Franciscum Aluarezium consulere, qui diligenter admodum quæ in sua hac legatione obseruauerit, descripsit: Iohannem Bermundesium qui suam quoque legationem ad hos Abissinos edidit, Lusitanica lingua. Videat & Damiani à Goes libellum De rebus Aethiopicis, & Sabellicum Enn. 10. lib. 8. De origine huius nominis Presbyteri Ioannis, & qua ratione ex Asia (vbi ante ducentos plus minus annos scriptoribus cognitum erat) hodie in Africam transmigrauerit, vide Iacobum Nauarchum in sua epistola Asiatica, & Gerardum Mercatorem in sua vniuersali tabula.



DAVID SUPREMV MEORVM REGNORVM, A DEO VNICE DILECTVS, COLUMNA FIDEI, ORTVS EX STIRPE IYDA, FILIVS DAVID, FILIVS SALOMONIS, FILIVS COLUMNAE SIONIS, FILIVS EX SEMINE IACOB, FILIVS MANVS MARIAE, FILIVS NAHV SECYNDV CARNEM, FILIVS SANCTORVM PETRI ET PAVLI SECYNDVM GRATIAM; IMPERATOR SVPERIORIS ET MAIORIS AETHIOPIAE, ET AMPLISSIMORVM REGNORVM IVRISDICTIONVM ET TERRARVM; REX GOAE, CAFFATES, FATIGAR, ANGOTAE, BARV, BALIGVANZAE, ADEAE, VANGVAE, GOIAMAE VBI NILI FONTES, AMARAE, BAGVAMEDRI, AMBEAE, VANGVCL, TIGREMAHON, SABAIM, PATRIAE REGINAE SABAE, BARNAGASSI; ET DOMINVS VSQVE IN NVBIAM QVAE IN AEGYPTVM EXTENDIT VR.

PRESBITERI IOHANNIS, SI VE, ABISSINORVM IMPERII DESCRIPTIO.

B A R B A R I A,

E T

B I L E D V L G E R I D.

RECENTIORES Africæ scriptores, qui Africam in quatuor partes distinguunt, hanc Barbariam primam appellant: statuuntque illi ab ortu Solis Marmaricæ (quæ hodie Barcha dicitur) deserta: ad montis usque Atlantis partem hodie Meies vocatam, quæ pars à Strabone fortè sub nomine Aspis describitur: Huncque montem Atlantem (secundum eius ab Oriente in Occidentem ad mare usque, quod ab eo Atlanticum nominatur, longitudinem) à Meridionali plaga habet: ab Occasu, ipsum mare Atlanticum; Septentrionale verò latus mare Mediterraneum lambit. Itaque ut totus ille Africæ tractus qui olim vtramque Mauritaniam, Africam propriam, Cyrenenque continebat, hodie in Barbariæ nomen in vniuersum abierit.

Hæc Africæ nobilissima pars hodie censetur, atque in quatuor regna, seu maui, prouincias diuiditur; in Marochum nempe, Fessam, Telesinem, & Tunetem. Ab hominibus subfusci coloris inhabitatur. Qui ciuitates incolunt, sunt in Architectura, atque inuentione Mathematica mirè dexteri: quod quis facilè ex eorum artificiosis structuris colligere potest. Probissimi (si Ioanni Leoni credendum est) sunt viri; nullus illis fucus; simplicitatem atque veritatem non amplectentes modò, sed & re ipsa comprobantes. Validissimi sunt atque robustissimi; & inter hos præcipuè illi, qui montes incolunt. Fidei omnium obseruantissimi. Nulla gens magis vexatur zelotypia, adeò ut vel mori mallent, quàm ex vxoris parte aliquam ferre contumeliam. Diuitiarum atque honoris auidi, obque id per vniuersum ferè Orbem mercatum proficiscuntur. Qui tentoria inhabitant, hoc est, qui pecorum curam gerunt, pij sunt & animosissimi, patientissimi, comes, œconomi, vitæque integritatis amantissimi, si quiquam alij. Sed cum nemo ex omni parte beatus, habent & sua vitia: nam Oppidani, quos diximus, multa superbia tumidi sunt, iracundi ut nihil supra, adeò ut vel minimam iniuriam durissimo (ut aiunt) insculpant marmori. Ruricolis rusticitas, atque morum ruditas tam in animo sedet, ut vix exterus quisquam illorum amicitiam sibi conciliare possit. Simplicioris sunt ingenij, plus satis fidei etiam impossibilia referentibus adhibentes. Physicæ Philosophiæ tam ignari, ut omnes naturæ operationes pro diuinis habeant. Cholericæ bile adeò sunt infecti, ut vix plateas interdum inuenias, quibus non bini aut trini sint, qui se mutuis pugnis lacestant. Nunquam nisi iracundè, & Stentorea voce (ut dicitur) loqui videntur. Hæc de incolarum moribus, nunc de natura locorum.

Regionis pars quæ mare Mediterraneum spectat, montibus occupata est. Ab his montibus usque ad Atlantem, planitiem habet spatiosam, & quosdam etiam colliculos. Maxima hic fontium copia riuulisque amœnissimis irrigatur. Dactylorum, malorumque Punicorum feracissima; sed frumenti non adeò fertilis; frugumque vberitate felix, ficuum & oliuarum copiosa. Mons Atlas frigidissimus est & sterilis, omni que ex parte nemorosus, atque niuibis obsitus; omnia ferè totius Africæ flumina procreat. Frigus nunquam hic adeò intenditur, ut quis ignem ob id accedere vellet. Autumni finis, tota hiems, bonaque veris pars, impetuosus plena ventis, quin & grandinibus, fulguribus, & tonitruis horridis interdum discruciantur: neque deest aliquibus in locis nix copiosa, &c. Sed accuratam harum regionum, populorumque descriptionem habes apud Ioannem Leonem Africanum: atque etiam apud Fazellum cap. 1. libri 6. Decadis posterioris rerum Sicularum. Regnum Marochi peculiariter descripsit Cælius Augustinus Curio, hos consulite.

BARBARIAE ET BILEDVLGERID, NOVA DESCRIPTIO.




Golfo de las yeguas, id est sinus equarum: à demersis mibi equabus, ut refert Fernandus Quiedus.

hic vocatur totus ille Africae tractus maritimus qui olim vtramque Mauritaniam, et Africanam minorem continebat.

Libyae pars, quae hodie Sarra appellatur.


quae vox, idem quod desertum significat.



DEPARTAMENTO DE CULTURA
SECRETARIA DE PATRIMONIO CULTURAL
INSTITUTO DE INVESTIGACIONES Y RESTAURACION DE BICENTENARIO

LIBRO DE REGISTRO

LIBRO DE REGISTRO
N.º 1
AÑO 2008



DESCRPTIONE Orbis terrarum absoluta, en candide Lector hæ sequentes Tabulæ, quas in gratiam veteris tam sacræ quàm profanæ historiæ studiosorum à me delineatas, seorsum publicare decreueram; (nihil enim ad nostrum in hoc Theatro, quo tantùm hodiernum regionum situm exhibere proposueram, institutum facere videbantur) victus tamen amicorum precibus, eas in huius nostri operis calcem, tanquam Parergon, reieci. Vale & nostros conatus boni consule. atque plura huius generis à nobis expectato.

INDEX REGIONVM
P A R E R G I.

Ægyptus	109.110	Echinades	107	Peregrin. D.Pauli	114
Belgium	103	Euboca	108	Rhenia	108
Cephalenia	107	Græcia	112	Rhodus	108
Chios	108	Icaria	108	Roman.Imp.	113
Cia	108	Italia	104	Samos	108
Corcyra	107	Ithaca	107	Sardinia	107
Corfica	107	Lemnos	108	Sicilia	106
Creta	107	Lesbos	108	Tuscia	105
Cyprus	108	Leucadia	107	Zacynthus.	107.
Delos	108	Palæstina	111		

ORNATISSIMO VIRO
D. ABRAHAMO ORTELIO.



ORTELII, mea mi nuper cum frena Nouerca
P aululum ab insano laxa dolore daret:
L iberáque inuisis nodis, & compede duro
R edderet arbitrio crura, pedésque meo:
Q uicis miserum preßit, donec iam quatter anhelí
 & ssent per Scorpi tergora Solis equi:
T unc trepidus puro Phæbus radiabat Olympo,
 C laráque fulgebat tunc sine nube dies.
H æc animum studia in diuersa trahebat, ut esset
 P rima mihi patria & visere cura lares:
 & nde alias alio terras sub Sole iacentes,
 O ppidáque externo pulcra locata solo.
E rgo pedes tento dubios, & vestigia firmat
 S cipio, dextra illum nunc, modò laua regit.
 & ngredior lentus: mox factus alacrior, altos
 E xupero colles, & iuga summa peto.
L umine perlustro facili & vaga flumina, fontes:
 E t per agro saltus, pascua leta bouum.
A tque tuo radio descripta per oppida, perque
 P rata & vagas certo tramite certus eo.
D onec ego ad trivij venio perplexa, moratur
 A ncipitem & varia heic me & via, fallit iter.
H uc leti ducunt aditus: hac semita monstrat
 P arte & viam: hac dumis horrida silua patet.
C ontineo ergo gradum dubius quò tendere pergam,
 C ùm mea quis clara nomina & voce & vocat.
R espicio attonitus. tum & verò, ut lumine lustro
 A uctorem nostri nominis: Ecce tibi.
F æda situ, denso & uepre obruta, rudere multo.
 E ffigies & visa est semisepulta Dei.
A t cuius rogitas? Divùm mandata per auras
 Q ui celer ad Superos fertque refertque leues.
H unc prior aggredior. Tène hic fove nate latentem
 V epribus, immundo in pulvere conspicio,
N eglèctum, meriti haud habita ratione decoris?
 Q ua sit caussa, mihi dic precor. orsus ait:
H ic in congesto saxorum, ut cernis, acervo,
 R ectum iter ut monstrem, me posuere Graphem.
P urpureos & veteres meritis pro talibus olim
 S pargebant flores, sertáque picta dabant.
T unc verò tenui contenta Aphelia paratu
 & n terris recti sedula agebat amans.

T unc

*T*unc bona qua passim tellus fundebat, inemtum
*A*ut olus, aut rapum, sobria mensa dabat.
*T*unc cincti lumbos hirsutis pellibus ibant,
*A*ut lana simplex textus amictus erat.
*M*éque viam monstrante Deo, tunc tramite recto
*Q*uisque suum ingrediens certus imbat iter.
*L*arvato at postquam successit Hypocrisis ore,
*C*um fucō, turpis venit & Ambitio:
*P*rotinus à pulcra longè virtute remotum
Mortale in vitium labitur omne genus.
*H*inc epula, plenis hinc fercula splendida mensis
*L*uxuriant liquido pocula plena mero.
*H*inc vestes illusa auro, argentóque rigescunt:
Articulis clarè lucida gemma micat.
*H*inc Pietas procul è terris, Rectumque, Bonumque
*E*xulat: Hinc Superum Numina spreta iacent.
*H*inc fit, ut in triviis plerique erroribus acti,
*T*esqua per aspera, per compita, per salebras,
*Q*uisque suum sectatus iter, sua sensa secutus,
*A*recta abscedant, precipitesque ruant.
*N*on aliter, quam cum celsis de collibus amnis,
& immensum pluviis turbidus auctus aquis,
*A*siduo fertur cursu, quem saxa morantur
*N*on colla, aut moles aggeris oppositi,
*D*onec ad angustas fauces venit, utraque ripa
*H*ic ubi crescentes pressior arctat aquas:
*A*ltior hinc surgens ripis stagnantibus, alveo
*V*ndanti egreditur spumens, inde ruit
& in praeceps per prata furens: imasque volutus
*P*er valles, dubium per loca quarit iter
*D*evexa, huc illuc sinuosis flexibus errans:
*S*éque in diversas scindit ubique vias.
*N*unc, qua causa fiet, mox te quod voce vocarim,
*E*xpediam: ratio nec mihi visa levis.
*N*amque, ubi suspensum in trivio te harere viderem,
*E*t dubium, velles quo modo ferre pedem:
*T*alia non passus, volui hoc ne nescius esses,
& dñs mihi in primis ipse monendus eras:
*V*t, si qua deinceps mundi in regione vagari
& gnota, aut solus, cum sociisve voles:
*H*ec adeò tibi prima fiet, tibi serviet istac
*V*ndique diuinis pagina scripta notis:
*C*ommuneis quam nunc Ortelius edit in usus,
*Q*uòdque palam populis nobile vulgat opus.

*N*amque

102

Namque, hanc si clarè inspicias, totàmque volutans
 Sedulus attenda mente sequere ducem,
 Difficiles non te fauces, flexusve viarum
 Offendent, quoquò moueris usque pedem:
 Spondeo, scruposus te non remorabitur ullus
 Calculus, in plana sed gradiere via.
 Hac te per montes, colles, per saxa, cauásque
 Per ualles, nullo devia trita pede,
 Per nemora, & siluas ducet: maria alta uidere,
 Portusque, & fontes, flumina larga, lacus
 Hac dabit: hac urbes, populos, tractusque immensos
 Terrarum, subsunt qui sub utroque polo,
 Ostendens pandet, non uno nomine claros,
 Et notos Graio, Barbarico, Latio,
 Cunctos insigni hoc prestans Ortelius ergò
 Donatos uoluit munere, blande Graphen.
 Nec satis hac: simul orbi orbem uel sponte dedisse,
 In picta ante oculos seu positum tabula:
 At maiora animo concepta in luminis oras
 Proferet ipse olim sedulitate uigil.
 Sic studiis fessus nunquam, promptoque labore,
 Ingenij fundit publica dona sui.
 Qualiter aut Scaldis longè pulcerrimus exit,
 Aut Rhenus largo flumine, fonte suo:
 Et cursu assiduo, longoque exercitus, undas
 Sufficit innumeris perpetuas populis.
 Dixerat, atque illam dono dat habere petenti:
 Accipio, & latum terque quaterque monet,
 Hanc unam adiungam comitem quocunque uocabunt
 Me terra, ipsa meum claudat ubique latus.
 Ergo illi coram dico pro munere grates:
 Absenti innumeras at tibi scribo. Vale.

Coloniae Agripp. pridie kal. Ian.
 Cl. Id. LXXVIII.

A. GRAPHEVS.

BELGII vocabulum, quo Cæsar non semel in suis de bello Gallico commentarijs vtitur, diu multumque suos torfit lectores. Horum namque vna pars, urbem à Cæsare, eo designari existimant, quam alij, inter quos Guicciardinus & Marlianus, Beauotus in Gallia: alij Bauapin Hannonia interpretantur, inter quos sunt B. Vigenereus, & patrij nostri Annales. Doctissimus Goropius Bellouacos populos sub eo notatos voluit. Sunt qui Cæsarem credunt Belgium pro Belgica, vt Liuius Samnium pro Samnitium regione, vlturpasse: cuius sententiæ Glareanus est. Ioannes Rhellicanus dicit partem Gallia Belgicæ comprehensam; quam autem, non nominat. H. Leodius tradit eam quæ circa Hannoniam; in qua dictum Bauais. Sed omillis horum omnium opinionibus, ipsum Cæsarem de suo Belgio loquentem audiamus. Is libro v. vbi de distributione in Belgica legionum air, habet hæc verba. *Ex quibus vnam in Morinos ducendam C. Fabio legato dedit; alteram in Nervios, Q. Ciceroni: tertiam in Efluos, L. Roscio; quartam in Rhemis, cum T. Labieno, in consilio Treuironum, hiemare iussit; tres in Belgio collocavit: huius M. Crassum quaestorem, & L. Munatium Plancum, & C. Trebonium, legatos praefecit: vnam legionem, quam proximè trans Padam conscripserat, & cohortes v. in Eburones.* Paulò supra, eodem libro, vbi de Britannia agit, hæc leguntur: *Maritima pars [Britannia] ab his incolitur, qui præda ac belli inferendi causa, ex Belgio transierant, qui omnes ferè his nominibus ciuitatum appellantur, quibus orti ex ciuitatibus eo peruenerunt.* Hic primùm liquidò videre est, Cæsarem sub Belgio non vnam ciuitatem, sed plures comprehendere: deinde, non totam Belgicam eo notare; cum Morinos, Nervios, Efluos, Rhemos, & Eburones, quos omnes ipsemet (vt & ceteri idonei scriptores) alijs in locis, Gallia Belgicæ populos nominat. Luce ergo clarius est, Belgium Belgicæ partem esse; quam autem, non æquè clarum. Non esse autem circa Bauacum (sive Bauais) Hannonia, vt Leodio videtur, ex eo constat, quòd hoc in Nervijs situm, quos ipse Cæsar à Belgio excludit. Nec etiam Bellouacos credam, sed eam potius Belgicæ partem, quæ mari vicinior est, & versus Septemtriones exportrecta; vbi nempe confluentia maximorum fluminum Rheni, Mosæ, & Scaldis: quorum ostia, facilem descensum in Oceanum & inde in Britanniam præbebant. Vero quoque similis est eos mare transiisse, qui eo assueti, huius littora & fluuiorum ripas habitabant, quàm illos qui intima regionis incolebant, quibus Oceanus horror erat. Qui itaque ex Belgio in Britanniam migrare, littoralia tantum littoralibus mutare.

De Belgij sive Belgicæ nominis origine, non eadem etiam apud omnes sententia: sunt qui à patrio sermone *Belgen/ seu Welgen/* quod peregrinum significat, deriuent. Alius magnæ eruditionis vir à *Belgen/ seu Walgen/* quod irasci, & pugnare notat. Annales vernaculi à Belgis, ciuitate eius primaria, sed nec in ea constituenda conueniunt, cum alter eam nunc *Bauais* in Hannonia opidulum; alter *Wetsick* pagum circa Oudenardam interpretatur. A ciuitate Belgis (quæ nusquam tamen apud probatos auctores, geographos neq; historicos, nominatur) qui Belgicam nominari credunt, eis suffragatur Isidorus libro Originum *xiii. cap. xiiii.* vbi hæc: *Belgus autem ciuitas est Gallia, à qua Belgica prouincia dicta est.* Eadem ante hunc, Hesychius; *Βελγίος ἀπὸ τῶν Βέλγας.* Iustinus libro *xxiiii.* ex Trogo, nominat Belgium quendam Gallorum ducem, à quo eos nomen traxisse verisimile est illi, qui Beroso, aut potius Pseudoberoso fidem tribuit. Is enim scribit, *Belgicos [sive Belgicos] appellari à Belgio [aut Belgio] Celtarū rege.* Nos hæc sub iudice relinquamus, & Belgicæ quædam veterū testimonia his subnectere corollarij loco non iniucundū ducimus.

Caes. lib. 1. Gallia est omnis diuisa in partes tres: quarum vnam incolunt Belgæ, aliam Aquitani, tertiam qui ipsorum lingua Celta, nostra Galli appellantur. Horum omnium fortissimi sunt Belgæ; propterea quòd à cultu atque humanitate prouincia longissimè absunt, minimeque ad eos mercatores saepe commeant, atq; ea, quæ ad effeminandos animos pertinent, important: proximèq; sunt Germanis, qui trans Rhenum incolunt, quibuscum continenter bellum gerunt.

Belgæ ab extremis Gallia sinibus oriuntur; pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni; spectant in Septemtriones, & orientem solem.
Lib. 2. Reperiebat [Caesar] plerosque Belgas ortos esse à Germanis, Rhenumq; antiquitus transductos, propter loci fertilitatem ibi confedisse: Gallosque, qui ea loca incolerent, expulisse: solòsque esse, qui patrum nostrorum memoria omni Gallia vexata, Teutones, Cimbrosq; intra fines suos ingredi prohibuissent, quæ ex re fieri, vti earum rerum memoria magnam sibi auctoritatem, magnòsque spiritus in re militari sumerent.

A. Hirtius 9. Belgæ, quorum maxima virtus.
Strabo, lib. 4. Belgæ saga ferunt, comam alunt, braccis vtuntur circum extensis. Loco tunicarū vtuntur veste fistili manicata, vsq; ad pudenda & nates demissa. Lana eorū aspera est, sed ipsam prope pellem detonsa: ex ea densa saga texunt, quas lenas vocant. Armatura illis pro proportione, gladius longus ad dextrū dependens latus, scutum longū, lancea pro proportione, & meris, tragula genis; nonnullis etiam arcibus vtuntur & fundis, habent & lignū pili forma, quod nō amento, sed è manu torquetur, longius etiam atq; sagitta, quo maximè vtuntur ad aucupium. Humi decumbunt etiamnum plerique: sedentes in toris cibum capiunt. Cibis plerumque cum lacte est, & omnis generis carnibus, maximè suillis, tum recentibus, tum salitis. Sues etiam in agris pernoctant, altitudine, robore, & celeritate præstantes, à quibus, si quis non adsuerit, accedenti non minus est quàm à lupo periculi. Domos è tabulis & cratibus, construnt rotundas, magnò imposito fastigio. Tam copiosi autem sunt his pecudum & suum greges, vt sagorum & salsamentorum copiam non Roma tantum suppedient, sed & plerisque Italia partibus. Pleraq; eorum respublica ab optimatibus gubernantur, antiquitus vnum quotannis principem, itemque vnum belli ducem multitudo deligebat. Romanorum mandatis ferè parent. Peculiare quippiam habent in concilijs: si quis enim dicenti obstrepat, aut tumultuetur, licet accedat stricto cultro, minus adhibitis tacere eum iubet: idq; iterum ac tertio facit; eo non cessante, tandem à sago eius tantum amputat, vt reliquum sit inutile. Id eis cum compluribus alijs barbaris cōmune est, quòd contraria nostris moribus ratione virorum & mulierum officia habent distributa.

Galli quo magis ad Septentrionem & Oceanum vergunt, eò sunt bellicosiores. Primam laudem Belgis tribuunt diuisis in xv. gentes, Solique adeò Belgæ Germanorum Cimbriorum ac Teutonum impressionem subsisterant. Quanta hominum copia apud eos fuerit, hinc colligi potest, quòd olim xxx. millia hominum arma ferè valentium apud Belgas sunt caesa.

Sunt qui Gallos trifariam diuidunt, in Aquitanos, Belgas, & Celtas.
Belgæ Oceano propinqua tenentes, vsque ad Rheni ostia.
Diod. lib. 5. Natio vt plurimum ad Arctum sita, regio frigida, vt qua hiemis tempore pro aqua niuibis oppleta existat. Glaciès quoq; immensa adeo regionem occupat, vt flumina congelata sint perma transeuntibus, non solum paucis, sed exercitijs quoque, cum curribus atq; impedimentis.
Plutarchus, in Cæsare. Postquam verò renunciatum est Belgas Gallorum potentissimos, & quæ tertiam totius Gallia partem tenerent, contractis multis hominum armatorum millibus, bellum moliri, magna aduersus celeritate contendit, &c.
Appianus de Gallicis. Caesar Belgas adgressus, in fluuij cuiusdam transitu, tam multos interfecit, vt vsum pontis præberent congesta cadauera.
Amnianus libro 15. Horum [Gallorum] omnium apud veteres Belgæ dicebantur esse fortissimi, ea propter quòd ad humaniore cultu longè discreti, nec aduentitij effeminati delitq; diu cum Transibrenanjs vertauere Germanis.
Florus libro 3. Sequens, longèque cruentior pugna Belgarum, quippe pro libertate pugnantium.
Plinius xxxv. cap. xx. In Belgica prouincia candidum lapidem ferra, qua lignum, faciliusq; etiam, secant ad regularum & imbricum vicem: vel si libeat, ad quæ vocant pauonaceas tegendi genera, & hi quidem scdiles sunt.
Lib. xvi. cap. xxxvi. In Belgis calami coma contusa & interiecta nauium commissuris ferruminatur textus.

Virgilius Georgic. 3. Belgica vel molli melius feret effeda collo. | *Lucanus lib. 1. Et docilis rector rostrati Belgæ couini.*

Fragmentum vaseos Romæ, apud Gentilem Delphinium Licinij Suræ, vt apparet.

IMP. CAESAR. // DACICVS. GENTEM. DACOR. ET. REGEM. DECEBALVM. BELLO. SUPERAVIT. SVB. EODEM. DVCE. LEG. PROPR. AB. EODEM. DONATO. HASTIS. PVRS. VIII. VEXILLIS. VIII. CORONIS MYRALIB. II. VALLARIBVS. II. CLASSICIS. II. AVRATIS. II. LEG. PROPR. PROVINTIAE BELGICAE. LEG. LEG. I. MINERVIAE. CANDIDATO. CAESARIS. IN. PRAETVRA. ET. IN. TRIBVNATV. PLEB. QVAESTORI. PROVINCIAE. ACHAEAE. IIII. VIRO. VIARVM. CVRANDARVM. HVIC. SENATVS. AVCTORE. IMP. TRAIANO. AVG. GERMANICO. DACICO. TRIVMPHALIA. ORNAMENT. DECREVIT. STATVAMQ. PECVN. PVBLIC. PONEND. CENSVIT.

In Græcio (vulgò Graitz) Styria opido.

T. VARIO. CLEMENTI. AB. EPISTVLIS. AVGVSTOR. PROC. PROVINCIAE. BELGICAE. ET. VTRIVSQ. GERM. RAETIAE. MAVRET. CAESARIENS. LVSITANIAE. CILICIAE. PRAEF. EQVIT. ALAE. BRITANNICAE. MILIAR. PRAEF. AVXILIORVM. IN. MAVRET. TINGITAN. EX. HISPANIA. MISSORVM. PRAEF. EQVIT. AL. II. PANNONIOR. TRIB. LEG. XXX. VLP. PRAET. COH. II. GALLORVM. MACEDONICAE.

CIVITAS. TREVERORVM. PRAESIDI. OPTIMO.
Neapoli.
P. AELIO. P. F. AGRIPPINO. CORNICVLARIO. PROC. PROVINCIAE BELGICAE. FRATRI CARISSIMO. ET. AELIAE. AMABILI. MATRI. PISSIMAE. VICTORINVS. AVG. LIB. FECIT.

Nunus argenteus, meus.



Vocabulis locorum, qua in hac tabula leguntur, lucem dabit roster Thesaurus Geographicus.

BELGII VETERIS TYPVS

Ex Conatibus Geographicis Abrahami Ortelij

HAC LITTERARVM FORMA VETVSTIORA PINXIMVS
Qua paulo erant recentiora, his notauimus
Nulla autem antiquitate illustrata, hoc charactere
Seruatiflima vero, sed aduertentibus ab alijs distinguitur

S.P.Q.A.

PATRIAM ANTIQVITATI A SE
RESTITVTAM
DEDICABAT
LVB. MER.
ABRAHAMVS
ORTELIVS
CIVIS.

Loca incerta positio apud Antonium
Iulij Col. Agrippi et Col. Traianum
Iulij Traiani et Agrippi
Beda
Austina
Eboracum
Mediolanum
Sablonis
Mederiacum
Theuturum

1584

Cum privilegio
Imperiali et Belgico,
ad de
centium.

Præca vetustatis Belgæ monumenta reuelat
Ortelius, præca, sicut legi historiarum
Collige, prima soli natalis semina Belgæ,
Et de quo veteri sit natus ipse vult



I T A L I A .

QVI regionum situs, alijs rebus, forma comparare solent, Italiam quæterni folio assimilant, ut Plinius & Solinus: hederæ, ut Eustathius. Cruri humano autem, ut recentioribus placet, multo similior est. Est qui totam Europam nostro tempore in puellæ formam delineavit, in qua Italia brachio dextro contingitur: non inconcinne, si quis regionis naturam & res in ea gestas ad amussim cõsideret. ut enim totius corporis robur, vires suas hoc membro ut plurimum exerceat, ita hæc regio quondam totius Europæ potentiam, mundo, sua virtute declaravit.

Italiam varios habuisse incolas, partim barbaros, partim Græcos, ex utriusque linguæ monumentis palam est. Habuit enim ab initio Aborigenes, Siculos, Pelagos, Arcades, Epeos, Troianos, Morgetes, Ausones, & Oenotros. A quibus & varia sortita fuit nomina: ut AVSONIA, OENOTRIA, à populis: IANICVLA à Iano: SATVRNIA à Saturno: & tandem ITALIA ab Italo rege. Vocata fuit quoque à Græcis HESPERIA, ab Hespero Atlantis F. aut, ut alijs placet, ab Hespero vespertina stella: à quo etiam Hispania quondam Hesperia dicta fuit. Eadem enim ratione qua Italia à Græcis Hesperia, ab Italis Hispania, quoque Hesperia dicitur. Ad differentiam tantem Virgilius Italiam, Hesperiam Magnam cognominavit. Sed & pluribus præterea nominibus, ab alijs indigetatur. Nam & APENINAM, ARGESSAM, CAMESENAM, TYRSENIAM, SALEVMBRONAM, TAVRINAM, appellari video ab Isacio Tzetza, Halicarnasseo, M. Catone, &c. CHONIAM, & BRETTIAM dictam scribit Stephanus. Eius pars etiam MAGNA GRÆCIA ab incolis in ea Græcis, à classicis auctoribus nominatur. Tam multos variosque populos, plures quidem quam in vlla alia terra habitasse ferunt, ut Aelianus ait, eam potissimam ob causam, quod omnium anni partium in ea sit moderata tempestas: quod regio bonitate telluris excellens sit, & aquis irrigua, fertilisque omnium fructuum, atque compascua: itemque quod fluuijs perfusa, mare quoque commodum adiectum habeat, portibusque ex omni parte sit interfecta, & appellendis soluendisque nauibus idonea. Sed & inhabitatorum singularis benignitas & mansuetudo multos pellexit, ut in eam suas sedes transferrent.

Reginam mundi vocat hanc regionem Aethicus. Beatissimam totius Europæ Dion Prusæus: Totius Orbis optimam esse, docet lib. I. Halicarnasseus, multis de causis. Strabo ait huius præstantiam neminem posse pro dignitate verbis explicare. Sed huius laudes, vno Plinij encomio, (quo illustri operi suo Naturæ finem imponit) absoluerè lubet. In toto orbe, (inquit) & quacumque cæli conuexitas vergit, pulcherrima est omnium, rebusque merito principatum naturæ obtinens, Italia: rectorix parensque mundi altera, viris, feminis, ducibus, militibus, seruitijs, artium præstantia, ingeniorum claritatibus, iam situ, ac salubritate cæli atque temperie, accessu cunctarum gentium facili, littoribus portuosus, benigno ventorum afflatu, aquarumque copia, nemorum salubritate, montium articulis, ferorum animalium innocentia, soli fertilitate, populi vbertate. Quicquid est quo carere vita non debeat, nusquam est præstantius: fruges, vinum, olea, vellera, lina, vestes, iuueni. Neque equos quidem in trigarijs præferri vllis vernaculis animaduerto. Metallis auri, argenti, æris, ferri, quamdiu libuit exercere, nullis cessit, & ijs nunc in se grauida pro omni dote varios succos, & frugum pomorumque sãpores fundit. Adde his si lubet, quæ idem habet lib. 3. cap. 5. & Virgilius varijs in locis.

In vndecim regiones hanc Italiam diuisit, teste Plinio, Octavianus Augustus Imp. Millecentum & nonaginta septem vrbibus præditam & ornatam fuisse, auctor est Aelianus. Atque hæc est illa Italia, quæ nunciato Gallico tumultu L. Aemilio Paulo, C. Atilio Regulo Cõs. sola sine externis vllis auxilijs, atque etiamnum sine Transpadanis, equitum LXXX. M. pedum DCC. M. armavit.

Italix insulas facit Plinius Siciliam, Sardiniam, Corsicam, Oglasam, Planariam, Vrgon, Caprariam, Aegilium, Dianium, Mænariam, Columbariam, Venariam, Aethaliam, Planasiam, Asturam, Palmariam, Sinoniã, Pontias, Pandatariã, Prochytam, Ænariam, Megarim, Capream, Leucotheã, Cunicularias, Herculis, Enosin, Ficariam, Beleridas, Collodem, Heram lutram, Leucasiam, Pontiam, Ischiam, Ithacosias, & Vlyssis speculam. Adde his Aeolias, Parthenopen, Diomedead, Calypson, & Dioscoron, item Electrides. Et alias quasdam, quæ apud Pomponium & Antoninum nominantur.



ITALIAE VETERIS SPECIMEN.

ITALIA
Ab Ortelius describebat

Cum privilegio decennali
1594

[The text on this page is extremely faint and illegible due to fading and bleed-through from the reverse side. It appears to be a dense block of text, possibly a list or a detailed account.]



FINITVR hæc regio duobus fluminibus, Tiberi ab Oriente; & Macra ab Occidente: Apennino monte vallatur à Septentrione: & mari suo, siue Tusco à Meridie alluitur. Nam etsi testibus Liuius, & Polybio, ante Romanum Imperium constet eam latius patuisse, nempe vltra Apenninum, Atriam (vnde Atriatico mari nomen) vsque, postea tamen à Gallis inde expulsi, his limitibus comprehensa fuit. Ex vndecim regionibus, quibus ab Augusto Italiam digestam, scribit Plinius, septima hæc numeratur. Catonis Origines quæ circumferuntur, hanc regionem diuidunt in Maritimam, Transeminiam, & Larthenianam. Marcellinus lib. 27. Annonariæ Tusciæ meminit; circa Pistorium opidum. In duodecim Ducatus distinctâ fuisse, scribit Halicarnasseus, 6. populos nominat Liuius, i. ex quibus communiter creato rege, singulos singuli populi lictores dabant. Duodecim coloniæ vocantur in dictis Originibus, Ianiculum, Arinianum, ad Tiberim; Phefulæ, & aliud Arinianum, ad Arnun; Phregenæ, Volce, Volaterra, Cariara quæ & Luna, ad littus: Ogygianum, Aretium, Rosellæ, & Volsinium, in mediterraneis. Hæ hoc ordine & nomine apud Volaterranum sunt, Luna, Pisæ, Populonia, Volaterra, Agillina, Fesulæ, Russellana, Aretium, Perugia, Clusium, Faleria, & Vulsinia. Etruriæ xv. populorum meminit lapis antiquus, qui Vulsinij exstat, teste Onuphrio.

Varia sortita est hæc regio nomina. Umbriam enim primò appellatam ex Plinio cõstat, qui tradit Umbros à Pelasgis eiectos, inde Pelasgiam dictam. Hos Lydi, (vt idem cum Trogo asserit,) profligauerunt; à quorum rege Tyrreno Tyrrenia nominata fuit; testibus Paterculo, Halicarnasseo, Strabone, & Liuius. Mox à sacifico ritu, lingua Græcorum Tuscia cognominata. Sed & Rasena quoque, vt ait idem Halicarnasseus, à duce quodam, pro quo corruptè, ni fallor, Razenua apud Myrsilum. Comara & Saleumbrone etiam, si huius farinae scriptoribus, vt Beroso & Annio credimus. A Phocensibus quondam occupatam, Herodoti Clio testis est. Phocenses, & Phocensem lacum habet circa Arnun fluuium, Antonini fragmentum.

Etruscorum valde florentes opes olim fuere. Multum terra, plurimum mari pollent: & bello Romanis pares. Gentem Italiæ opulentissimam, armis, viris, pecunia esse, ait Liuius, cui suffragatur Diodorus. Treceta Umbrorum opida à Tuscis debellata reperiuntur, Plinio auctore. Et tanta erat opibus Etruria, vt non terras solum, sed mare etiam per totam Italiæ longitudinem ab Alpibus ad fretum Siculum fama nominis sui impleffet. Mantuam & Atriam Tuscorum colonias faciunt Plinius, & Liuius; Capuam, Pomponius & Paterculus; & idem Nolam, etsi Solinus hanc Tyrijs, Chalcidensibus Trogus tribuat.

Tuscus vicus, in vrbe Roma: Tusculum, & Tusculanum in Latio, ab his nomen sumfere. Item mare quod hos alluit, mare Tuscum vocatur, quod Inferum, Notium, Tyrrenum, & Liburnum quoque dicitur, auctoribus Plinio & Cicerone. Tyrrenus sinus est etiã circa Puteolos: Dioni. Sed sunt & Tusci, alij ab his, in Sarmatia: Ptolemeo. & Tyrreni in Atticis insulis; si fides sit Myrsilo Lesbio.

Natura regionis omnium rerum felix, etiã vitifera, vt prodidit Halicarnasseus. Sunt lati campi, collibus distincti, cultiq; admodum, & fertiles, teste Diodoro. Vbertate Soli sacratam, pronunciat Martianus, quæ fertilitas gentem non parum ad delicias impellit: sunt enim, inquit idem Halicarnasseus, molles victu ac cultu. Dediti religionibus, vt qui sacrificia, diuinationes, & auguria primùm inuenerint, eaque Romanis tradidero, vti & fellam curulem, togam prætextam, fasces, secures, lituos, apparitores, musicam, ludionesque: denique omnem ornatum triumphalem ac consularẽ. Hinc Romani pueros suos olim Etruscis, vt postea Græcis litteris erudiendos dabant. Liuius, Strabo, & Diodorus.





PENINSULAM hanc olim fuisse Italiæ, & Brutio agro circa Rhegium annexam, posteaque eam ab hac abruptam; (vnde Rhegio opido nomen) totius antiquitatis constans opinio est. Quando autem aut circa quæ tempora hæc ruptura acciderit, nulla apud vllum scriptorem extat memoria. Terræ motu vel hiatu hoc factum scribunt Strabo, Plinius, & Dionysius. Qui ad fabulas fugiunt, Neptuno hoc tribuunt, (teste Eustathio) qui suo tridente insulam ex peninsula fecerit, in gratiam Iocasti, Æoli filij, vt eam securius posset inhabitare. Diodorus ex Hesiodo adscribit Orioni, qui vt Herculi compararetur, hoc fretum Siculum, vt ille Gaditanum, fissis montibus aperuerit. Itaque, *Trinacria quondam Italia pars una fuit: sed pontus & æstus Mutauere situm, rupit consinia Nereus Victor: & abscissos interluit æquore montes, &c.* Qui maris Mediterranei insulas magnitudine metiuntur, hanc primam faciunt, vt Eustathius, & Strabo, qui eam non tantum magnitudine, sed & bonitate ceteras præstare dicit. Quod ad formam attinet, Græcæ litteræ imaginem, quæ Delta dicitur, efficere, tradit Pomponius.

Totam insulam Cereri & Liberæ, id est Proserpinæ, sacram esse, omnium veterum testimonio constat: huic, quia leges dederit, & magistra fuerit sationis frumentariæ: illi non tam quod hinc à Plutone rapta fuerit, quam quod (vt Plutarchus & Diodorus referunt) Pluto ei, quum primùm detecta visendâ se illi præbuisset, eam muneris loco (qualia Græci anacalypteria vocant) dederit.

Fertilitatis & opum huius testimonium, apud Ciceronem 2. in Verrem est, vbi dicit M. Catonem, hanc cellam penariam reipublicæ Romanæ & nutricem plebis nominasse. Ipse Cicero addit eam populo Romano non tantum pro penaria cella, sed & pro ærario refertissimo fuisse: nam sine vlllo sumtu nostro, (inquit) corijs, tunicis, frumentoque suppeditato, maximos exercitus nostros vestiuit, aluit, armauit. Eadem ferè Strabo, lib. 6. Quicquid Sicilia gignit, vt Solinus tradit, siue Solis, siue hominis ingenio, proximum est ijs quæ optima iudicantur: nisi quod foetus terræ Centuripino croco vincitur. Hanc primùm omnium nationum exterarum prouinciam factam, testes inter alios, Cicero & Diodorus, qui & in agro Leontino, multisque alijs huius insulæ locis triticum vltro prouenire tradit. In hac Martianus quinque colonias, & sexaginta sex vrbes esse tradit. Harum nomina multa enumerantur à Silio lib. 4. & Ouidio varijs in locis, sed plura hac nostra in tabula.

Inhabitasse eam ab initio Gigantes, Læstrygones, Anthropophagos, & Cyclopas, gentes barbaras & inhumanas, historiæ & fabulæ vnanimiter produnt. Thucydides has tantum in insulæ quadam parte habitasse tradit. Postea hanc Sicani, gens Hispanica, à Sicano fluuio (rege, aiût Solinus & Berofus) sic dicta, & à Liguribus eiecta, occupauere. Hos Sicanos insulæ indigenas non fuisse, (etsi quidam putant) docent Thucydides & Diodorus. Hinc SICANIAE nomen obtinuit. Elymi quoque & nonnulli Phocenses, hos sequuti sunt Phryges item ex Troia, vt Pausaniæ placet, & Morgetes ex Italia pulsi ab Oenotris, vt scribit Strabo. Tandem à Siculis Italica gente ob Opicis profligata, tota subiugata fuit, nomenque SICILIAE ei tribuerunt, cum antea TRINACIA vt Dionysius, TRINACRIS vt Ouidius, TRINACRIA & TRIQVETRA vt Plinius habet, nuncuparetur, à forma nempe triangulari. Vnde eam Romani in nummis, tribus cruribus circa coxas iunctis, effigiare solebant. TRICERVICEM Lycophron: & TRICVSPIDEM nominat Pindarus. Homerus CYCLOPV M Terram, ab incolis, cognominat, proprium nomen suo tempore fortè nondum habentem.

Præter maximarum rerum pace belloque gestarum, in hac insula, gloriam, multa illustria sunt quæ eam nobilitant: Cereris natiuitas, Proserpinæ raptus, Enceladus gigas, Archimedes mathematicus, Euclides geometra, Diodorus historicus, Empedocles Philosophus, Dædali ingeniosa opera, Sibyllæ Cumanæ sepulchrû, Syracusæ quadriurbs aut pentapolis, vt Strabo vult; Arethusa fons, Aetna mons, Palicus lacus, Scylla & Charybdis, atque Lais meretrix. Item multa naturæ miracula, quæ apud Solinum sunt: Statuæ, signaque, pretio atque artificio insignia, quæ à Cicerone in Verrem describuntur.

Siculum mare quod insulam ab Oriente alluit, Ausonium quoque vocari & profundissimum esse, testatur Strabo. Alia ab hac insula, est Sicilia, iuxta Peloponnesum, Stephano. Est etiam Sicilia Minor, quæ Naxus. Sicilia etiam tumulus, haud procul ab Athenis, Pausaniæ. Item locus Romæ, sic dictus, in Palatio, apud Capitolinum. sed hæc parerga.

Adagia hinc profecta: Siculissare; Siculus mare; Siculus miles; Sicule gerre; & Incidit in Scyllam cupiens vitare Charybdin; quæ vide apud Erasmmum.

ET SI multa sint quæ hanc insulam claram reddant, & famigeratam, vt aduentus Europæ, Pasiphaes & Ariadnæ amores, Minotauri feritas fatumque, Dædali labyrinthus & fuga, Tali statio atq; mors, nihil tamen eam æquè celebrem reddit, ac Iouis natiuitas, educatio, & sepulcrum. Sed & pluribus Deorum natalibus, si Diodoro fides, nobilitatur, vt Plutonis, Bacchi, Palladis, & Dictynnæ; quam Dianam putant: adeo vt non inconcinne quis hanc insulam Deorum incunabulum vocauerit. Iouis quoque cum Iunone nuptias hic celebratas tradunt, in ora Gnoxiæ, ad Therenen fluum. Minois legislatoris, & Rhadamanti herois iustissimi memoria, inter alias insulas non minori gloria se attollit. Insulam totam esse montosam & siluestrem, scribit Strabo, additque ei conualles fertiles. Siluestrium caprarum agrum copiosum facit Solinus. Cupressi patriam vocat Plinius: quocumque enim loco terram mouerit quispiam, nisi feratur alia, hæc gignitur, protinusque emicat, immò non appellato solo, ac sponte, maximè in Idæis montibus, & quos Albos vocant. Nullam hic noctuam, aut vllum maleficum animal, præter phalangium esse, auctores sunt Plutarchus, Plinius, Solinus, Aelianus, & Antigonus. Canum huius insulæ sagacitas laudatur ab Ammiano, lib. 30. Incolas optimos sagittarios faciunt Pausanias, Linius, Aelianus, Xenophon, & Ctesias. Pugnaces, & amoribus deditos, Plutarchus. Vinosos, & saltandi peritos, Athenæus. Fraudulentos, rapaces, & auaros, Plutarchus. Ventres pigros, mendaces, & malas bestias, vocat eos D. Paulus. Insulam prius inhabitatam ab indigenis Eteoeretibus, refert Diodorus: & horum regem Cretam vocat; sed hunc Curetum regem appellat Solinus, & inde Cretæ nomen facit. quod si Dosiadi, apud Plinium, creditur, à Creta nympa hoc nomen accepit. Sed & **CURETIS** à Curetis populis dicta fuit, eidem Plinio & Solino & iisdem, prius **AERIA**. item **MACAROS**, & **MACARONNESOS**, à temperie cæli. **IDAËAM** & **CHTHONIAM** nuncupat Stephanus, & **TELCHIONIAM** à Telchinibus incolis, Gyraldus. Sed & **HECATOMPOLIS** quoque vocatur, à centum vrbibus, quibus quondam habitata, vt placet Plinio, Solino, & Straboni ex Homero, qui eam aliàs nonaginta tantum habere ait. Centum tamen, & plura vrbium nomina ego ex vtriusque linguæ monumentis collegi, hæc tabula: earum autem quædam, quia situm ignorabam, seorsum, vt alia nonnulla, reposui. Inter maiores maris Mediterranei insulas, quartum hæc occupat locum, teste Eustathio. Apud Strabonem, Diodorum, & Athenæum, multa, præter alios, de eadem insula.

SARDINIA.

EX septem maris Mediterranei insulis, magnitudine aliqua memorabilibus, sunt qui hanc tertiã faciunt, vt Eustathius auctor est. Qui formas locorum depingunt, eam vestigio humano assimilant, quæ de causa **ICHNUSA** & **SANDALIOTIS** dicta aliquando fuit. **SARDON** Græcis, à Sardone Herculis F. vocatur: **SARDINIA** inde Latinis. Hæc, teste Pausania in Phocicis, magnitudine & felicitate, cum ijs quæ maximè celebrantur, comparanda est. Pecudum optimam parentem vocat Aelianus: frumenti beatã facit Strabo. Insula argenti diues & fertilis est, inquit Pomponius, & soli quàm cali melioris; atque vt secunda, ita penè pestilens: quod idem confirmat Strabo, inquiens æstatis tempore valde morbotam, ijs locis imprimis, vbi feracissima est. Huic incòmodo accedit herba Sardonias, quæ si edulis fuerit, rictu ora diducit, vt ridentium facie intereant. Est & Solifuga, animal perexiguum, simileque araneis forma, quod per imprudenciam super sedentibus pestem facit. Mulmo animal ex genere arietum, quod Plinius Corsicæ tribuit, Straboni huius insulæ est. Huic, non illis suffragari videtur Aelianus de Animalib. 16 cap. 34. Huius vrbem primariam Calarim, pulchrè describit Claudianus de bello Gildonico, ad finem. Maris Sardo profunditatem facit Strabo c. 15. vlnarum. Alia huic insulæ peculiaria suppediabant Pausanias, Solinus, Eustathius, & alij.

CORSICA.

HANC Græci **CYRNUM**, Latini **CORSICAM**, vocant à Corfa muliere, vt Eustathio placet, vel, vt Dionysio, à verticibus montium. Nam, vt Strabo tradit, aspera est, ac plerisque locis planis inuia, atq; malè habitatur. **THERAPNEEN** ab Ouidio nominari putant quidam. Callimachi Scholiastes dicit **TYROS** suo tempore vocari, fides sit apud illum. Buxo abundare scribit Plinius (ex Diodoro) & mel eius esse amarum. Magnitudine, tertium sortitur locum inter Mediterranei maris insulas. Incolas bestiis inhumaniores, & vitam latrocinij sustentare, apud Strabonem legitur. Longæuos esse Corsos, tradit Eustathius, & ante eum Athenæus. Ciuitates habere insulam triginta tres, annotauit Martianus Capella. Plurium nomina me ex Latinis Græcisque scriptoribus collegisse, tabula indicat. Ampliorem huius descriptionem habent geographiæ studiosi, apud Diodorum, Libro 5.

INSULAE

MARIS IONII.

IONII maris insulæ celebriores sunt hæc, Corcyra, Cephalenia, Zacynthus, Ithaca, Leucadia, & Echinades, de quibus hæc singulatim. **CORCYRA**, Alcinoi gratum solum, vt habet Dionysius: etiam **CERCYRA** dicitur, sed & plura habuit aliquando nomina, vt **PHAEACIA**, **SCHERIA**, **DREPANVM**, **CERAVNIA**, **ARGOS**, **MACRIS**, & vt euidam placet, **CASSIOPE**: de quibus in nostro Thesaurò. Insulam hanc olim in tantam excreuisse potentiam tradit Eustathius, vt multas insulas & vrbes suo imperio subiugauerit, tantamque nauium copiam habuisse, vt sola sexaginta naues in Persico bello armauerit: postea ita desertam factam, vt in prouerbum abierit, Corcyra est libera, caca vbi volueris. Alia est ab hac Corcyra, quæ Melaena cognominatur, in mari Hadriatico. **CEPHALENIA** vocatur etiam **MELAEANA**, & **SAMOS**, item **TAPHOS**; **DYLICHIVM** quoque, vt quibusdam videtur: sic tradente Strabone. A quatuor populis hanc quondam habitatam scribunt Eustathius & Tzetza, à Pronijs nempe, Samijs, Palensibus, & Cranijs. Nesiotas addit Linius. Capræ in hac insula sex mensibus non bibunt, si Aeliano creditur. Apud Antigonum legimus hanc flumine quodam diuidi, cuius ab altera parte cicadæ, ab altera non sunt. **ZACYNTHVS**, **HYRIA** quoque, & **CASSIOPA** dicitur, Nemorosam cognominat Poëta. Huius incolas tradit Athenæus militia rudes esse, quod diuitijs abundantes, & alijs rebus omnibus, delitijs sint assueti. Phalangium animal hic multò nocentius hominibus, quàm alibi, inquit Aelianus. Tempore quo spirant Etesiae, capri hiantes stant versus Boream: eoque contenti, aquam non requirunt, neque bibunt, vt Antigonus tradit. Coeranum speluncæ nomen est in hac insula, apud Plutarchum in Naturalibus. **ITHACA** quoque **NERICIA** vocatur, à Nerito eius monte, ni fallor. Apud Strabonem vrbs est etiam Ithaca in ea, quam & Alacomenen vocatam tradit Plutarchus. Multos portus habere legitur apud Athenæum, sed montosam asperamque, & ægrè multa opera & labore ingenti, exigua & vilia malignè cultoribus reddere, apud Plutarchum. Nisi Vlyssis natalis locus esset hæc insula, nulla de ea memoria extaret in litterarum monumentis. **LEUCAS**, vel **LEUCADIA**, etsi peninsula à Plinio describatur, Mela insulam tamen vocat. Insulam factam, à continenti que abscissam, sed postea ventorum flatu redditam, tradit Strabo. In eius promontorio excelso, Apollinis Aelij sanum describitur ab Aeliano, vnde quotannis aliquem reorum deijcere, auerruncandi gratia, solebant; referente Strabone. **ECHINADES**, sic dictæ ab Echinorum multitudine: **STROPHADES** eos appellat Apollodorus. Olim continenti annexas fuisse, docet Pausanias in Arcadicis. Faciem harum sæpius mutari, ex aggestu vel recessu limi Acheloi fluminis (ad cuius ostia sitæ sunt) addit Strabo. His vicina erant Taphi & Acutæ. Historiam (aut fabellam si mauis) cognitu dignam accidisse circa has insulas, de morte Panos, recitat Plutarchus, de Oraeulorum defectu.



CRETA
Iouis magni, medio iacet insula ponto.
Ex conatibus geographicis Cretasini Ortelii.



Loca positionis scriptura nomina

LOCA.	Hippocro.	POPVLI.	Ory.	Tethyrus.	Carys.	Corisum.	INSVLAE
	Alafus	Cerita.	YLVII.	Trion.	Obry.	TEMPLA.	Affica.
	Athras.	Oxythum.	Dryth.	Amagis.	MONTES.	Syracum.	Rocce.
	Carum.	Pyrgania.	Lyc.	Oax.	Archi.	STAGNV.	Dian.
							Naumachus.

Urbum Creta nomina, quorum situs ignoratur.

Arca.	Dora.	Clava.	Giana.	Stara.	Mitra.	Olysa.	Prasa, forte	Rhania.	Sera.
Arca.	Cantaur.	Cyros.	Grammon.	Stira.	Myrina.	Pyrganon.	Prasan.	Rhytia.	Spa.
Aula.	Carya.	Dulapola.	Hieropolis.	Lycalor.	Naupha.	Phalana.	Prasa.	Sarra, que	Synoch.
Axa.	Carys.	Elyra.	Holypas.	Mantissa.	Oax.	Phanona.	Phoras.	Silyria.	Teora.
Buava.	Chalocro.	Eta.	Hydranta.	Mirymna.	Ola.	Phara.	Rhacus.	Silyria.	Theraps.

C Y P R V S.

SYRIA hanc insulam aliquando annexam fuisse, tradit Plinius: atque deinde continenti iunctam iri, edidit oraculum, teste Strabone. Inter insulas maris Mediterranei aliqua magnitudine insignes, sextum obtinet locum. Formam eius velleri comparari, auctor Eustathius. Altera parte longiorem esse, apud Strabonem legitur, qui addit nulli insula cedere praestantia. Nouem olim reges in ea sedem habuisse, testantur Plinius, & Mela. Amasim regem primum fuisse mortaliu[m], inquit Herodotus, qui eam ceperit, tributariamque fecerit. Tota quondam arboribus adeo occupata fuit, ut agri eius coli minime possent, quarum magnam partem quamuis are argenti, (est enim insula admodum metallifera) constando, nauibusque fabricandis consumsissent, neque sic tamen siluarum luxuriam euincere posse viderent; libertam fecere, ut arbores qui vellent, ac possent, exciderent, & quod quisque agri extirpatis siluis purgasset, id tanquam proprium, immune possideret. Agri eius fertilitatem Aelianus prodit, cum scribat ceruos ex Syria in hanc insulam ad bonam pastionem transiit are. Multiplicem eius rerum abundantiam, Ammiani verba lib. 14. satis declarant: quum tradat eam nullius externi indigentem admiculi, indigenis viribus, a fundamento ipso carina ad supremos vsque carbos, adificare onerariam nauem, omnibusque armamentis instructam mari committere. Opulentiam eius indicant haec Sex. Rufi verba: Cyprus famosa diuitijs, paupertatem populi Romani ut occuparetur sollicitauit, ita ut ius eius insulae auarius magis quam iustus simus allequuti. Plinio auctore hic reperitur adamas, smaragdus, opalus, crystallus, alumen, & eos quae naxium vocant. Huius insulae resinam antecedere alias omnes, idem inquit. Eius olea & vnguentum in delicijs, ceram & arundinem in medicina valde commendat. Eximias eius columbas celebrat Athenaeus. Deam Venerem hic primum ex mari egressam, credidit antiquitas: in cuius fors esse honorem vel memoriam, Cypriorum mulieres cuiusvis libidinis se prostituere, idem affirmat. Iudeis quare in Cyprum venire non liceat, vide historiam apud Dionem, in Hadriano. Eius varia nomina apud auctores sunt haec: Atamantis, Aetosa, Amathusa, Asphelia, Cerastus, Citida, Colinia, Criptus, Macaria, Meionis, Sphacia, de quo in nostro Thesaurio. De Cyprijs, multa apud Herodotum. Sunt & tres Cypriae insulae, sic dictae, circa hanc insulam; vt docet Plinius.

E V B O E A.

HAE tam modico aestu, (vt eam describit Solinus) diuidua est a Boeotia continenti, vt dubitandum sit, an numerari inter insulas debeat. Nam latere, quem vocant Euripum, terra ponte iungitur; & per fabricam breuissima machina aditur pede. Plinius scribit eam Boeotia aliquando iunctam fuisse, sed terramotu auulsam. Hanc vniuersam terramotui obnoxiam esse, sed maxime apud fretum, siue Euripum, tradit Strabo, additque tali casu urbem insula cognominem absorptam a mari. Quinta magnitudinis hanc existimant inter maris mediterranei insulas. Multa sortitur apud auctores nomina, vt Macra & Macris, Abantias, Asopis, Oche, Ellopia, Archibium, & c. item Chalcis, ab vrbe primaria, ad eius fretum. Hac maxima est totius insulae, & metropolis, tanta olim potentia, vt suas colonias in Macedoniam, Italiam & Siciliam miserit. Calida sunt aqua in Lelanto campo, Straboni; Ellopia vocat Plinius. Haec morbis sanandis apta. Cereus & Nileus flumina hic quoque sunt, eidem Straboni, ex quorum altero bibentes oues albae sunt; ex altero nigrae. Sed & Carystium marmor celebrat Plinius, quod circa Carystum huius insulae opidum effoditur, vbi quoque Apollinis Marmorei sanum a Strabone describitur. Aes in hac insula primum repertum: abietes hic esse deterrimas: Olympiam ventum huic esse peculiarem: pisces iuxta hanc ita falsos esse, vt falsamentum existimentur: a Plinio asseritur. De Euripo, (apud quem degentem Aristotelem perisse aiunt) mira prodantur ab auctoribus, nempe alterno cursu, septies die ac septies nocte fluctibus inuicem versis, adeo immodice fluere, vt ventos etiam ac pleni velis nauigia frustrerent. Omnium diligentissime describit hanc insulam Strabo libro 10.

R H O D V S.

PVLCERRIMAM & liberam Rhodon, veteres dicere quoque Ophiusam, Stadiam, Telchinem, Aetream, Corymbiam, Poessam, Atabyriam, & Trinacriam: sed & plura habet nomina in nostro Thesaurio. Hanc a mari emergentem tradit Plinius, & quondam aureo imbro perfusam, scribit Ammianus; aurum enim in ea pluisse narrat fabula, quum Pallas a Iouis capite nasceretur. Cara itaque Ioui tellus hominum regi atque Deorum, vt inquit Poeta. Apud Diodorum legitur a Sole adamata, & aqua remota insulam factam, antea enim sub mari latuerat, aut paludibus adeo referta, vt inhabitabilis esset. In cuius memoriam Solis colossus, qui in septenario eorum qua admiranda orbis terrarum recensetur, numerandus habetur. Hunc a Chare Lindio Lyssipi discipulo factum legitur, septuaginta cubitorum altitudinis. Hoc simulacrum, inquit Plinius, post quinquagesimum sextum annum terramotu prostratum, sed iacens quoque miraculo fuit. Pauci pollicem eius amplectuntur. Maiores sunt digiti, quam pleraque statuae. Vasti specus hiant de fractis membris. Spectantur intus magna molis saxa, quorum pondere stabiluerat constituens. Duodecim annis tradunt effectum, 3000 talentis. Sunt alij minores in eadem vrbe colossi, centum numero, sed vbiunque singuli fuissent, nobilitati locum. Alibi idem tradit, tria millia signorum in ea fuisse. Strabo scribit hunc colossus suo tempore prostratum terramotu, & a genibus confractum, oraculoque prohibito Rhodios, ne instaurarent. Numquam ita nubium esse caelum, ait Polyhistor, vt in sole Rhodos non sit. Rhodiam vinum, vnguentum, & ficus celebrant Plinius & Athenaeus. Incola hominem pridie non. May immolare solitos, Eusebius auctor est. Colossenses bos dici, a Colosso, sunt qui affirmare audent, inter quos sunt Eustathius, Zonaras, & Glycas; item Suidas, qui Calesenses, prima vocali in secunda pronunciat. Alijs potius persuasum est Colossenses dici, qui Colossen Phrygiae urbem habitant. Apud Diodorum multa de Rhodo. Sed omnium optime eam describit Strabo.

L E S B O S.

PLVRIBVS nominibus hac insula apud scriptores veteres notatur, vocatur enim & Aegira, Aethiopia, Hemerte, Lafia, Pelasgia, Issa, Macaria, Mitylena, & Mytanaida. Ab Ida ruptam, sunt qui credant, inquit Strabo. Claram hanc reddunt Arionis fabula, de qua Aelianus, & Sappho poetria, qua Pausania teste multa de amore scripsit; item Palamedis sepulcrum, in Leptymno monte. Diodorus scribit primum a Pelasgis habitam, deinde a Macario Iouis Cyrenaeici filio, vna cum Ionibus, postea a Leibo, Lapithi filio. Viriferam faciunt eam Plinius, & Athenaeus, qui eius vina adeo laudat, vt ea ambrosia quam vino propiora dicat. Quinque opida in ea constituta Pompeius, octo Plinius. Nos plura ex vtriusque linguae monumentis deprabendimus, vt docet ipsa tabula. Septimo siue vltimo loco hac habetur inter Mediterranei maris insulas, aliqua magnitudine celebres. Apud Strabonem multa de hac insula.

C H I O S.

ASPERAM, & arboribus densam esse hanc insulam, tradit Athenaeus: incolaeque omnium Graecorum fuisse primos qui seruis emta vterentur. Urbem habet cognominem, quam Thucydides omnium Ionicarum maximam, & ditissimam appellat. Nihil in hac insula celebrius vino quod inde Chium vocant, omnium Graecanicorum optimum, vt Strabo, Aelianus, & alij affirmant. Hoc in Aruiso agro, circa Leptymnum montem provenit. Nobilis est non minus lentisco, que mastichen producit. Marmor huius quoque laudatur a Plinio, qui arbitratu Chiorum lapidicinas versicolores istas in marmore maculas primum ostendisse, cum exstruerent muros. Chia terram medicum usum, idem docet. Omadio Baccho hominem disceptum quondam incolae immolasse, Eusebius auctor est. Alijs nominibus etiam vocatur, vt Chia, Aethalia, Macris, & Pityusa. Chiorum res gestas quaedam lege apud Herodotum: addo huic Strabonem.

L E M N O S.

ATHO monti aduersa Lemnos est, qui (vt testis est Statius & Solinus) vmbra iacet in forum Myrinae, non siue miraculo, cum Athos ab hac insula sex et octoginta millibus passuum separaretur. Insula Vulcano sacer est. E caelo enim in hanc insulam a Ioue praecipitatum, veteres narrant fabula. Ignem in hac primum inuentum & confecta arma, narrat ex Hellenico Tracta. Ex quatuor Labyrinthis in orbe memorabilibus a Plinio enumeratis, hic tertius erat. Architelchilius fuisse Zmilus & Rholus, & Theodorus indigena. Ex lapide erat polito fornicibus tecto, & centum quadraginta columnis mirabilior ceteris: quarum in officina turbines ita librati pependunt, vt puero circumagente tornarentur. Huius reliquia Plinij tempore adhuc existabant. Hoc eodem auctore rubrica Lemnia palma tribuitur, cuius in medicum usum vide apud eundem. Legoniam mulierum historiam lege apud Apollodorum, lib. 1. Bibliothecae.

S A M V S.

SAMON hanc vocatam pluribus nominibus reperio, vt Partheniam, Anthemum, Melamphilum, Cyparissiam, Imbrasiam, & Stephanem: alijque, de quibus in Thesaurio nostro. Insula est omnium rerum (excepto vino quo non admodum excellit) ferax & diues, adeo vt trito proverbio dici soleat, eam iac gallinaeum ferre. Bi anno in ea ficos, vna mala, omomelida, mala, & rosae nasci, scribit Athenaeus. Olim tamen siluestrem fuisse, bestijsque feris plenam, legitur apud Aelianum. Lapidem Samium, & terram Samiam, eorumque in medicina usum, docet & commendat Plinius. Idem Samia fictilia in esculentis laudari testatur. Labyrinthum hic quoque factum a Theodoro, addit. Sed in Samo nihil nobilius, teste Solino, quam Pythagoras ciuis. Eusebius in Chronicis scribit kincoriandam quoque Sibyllam quam Hierophilam vocant. Samios oem venerari, scribit Aelianus. Multa de Samijs apud Plutarchum in Pericle, & Strabonem, libro 14. ex quo libuit hac attexere de eius tyranno Polycrate. Hic cum fortuna & potentia adeo floruerit, vt maris etiam imperium tenuerit; hoc eius prosperitatis argumentum ferunt, vt cum annulum lapide & sculptura sumtuosum de industria in mare proiecisset, pauld post piscatorum quidam extraxit piscem, qui eum degluserat, & aperto pisce, annulus inuentus sit, illi reddidit. Hanc eandem historiam narrat quoque Herodoti Thalia, sed calamo multo (vt solet) illustriore.

DELVS, & RHENIA.


HUIVS situs in medio Cycladum est. Templo Apollinis & mercatu celebratam scribit Plinius. Totius Graeciae emporium vocat Pausanias. Aerarium Graecorum appellat Thucydides. Patriam Deorum, Diana enim & Apollinis nascentem hanc esse, poetarum fabulis docemur. Qua ex opinione hominum, vt habet in Verrem Cicero, hac insulae sacra putatur: tantumque eius auctoritas religionis & est, & semper fuit, vt ne Persa quidem cum bellum toti Graeciae, di. 1. hominibusque indixissent, & mille numero nauium classem ad Delum appulissent, quicquam conarentur aut violare, aut attingere. Post primum diluuium Ogygij temporibus hanc ante omnes terras radijs Solis illuminatam, sortis amque ex eo nomen, apud Solinum legitur. Alia autem nomina ab euentibus alijs, illi tribuuntur, vt Asteria, Pelasgia, Lagia, Ortygia, Cynetham, Cynthos, Chlamydia, Scythia, Anapoe & c. (Sed Asteria quoque urbis nomen in eadem hac insula est, qua vrbs postea etiam Delos dicta fuit, testibus Apollodoro & Seruio.) Tria obseruanda in hac annotat Athenaeus, forum obsonio abundans, incolarum omnifaria turbula, & Delios Dei parasitos. De Inopi fonte scribit Plinius: eum eodem modo quo Nilus, ne pariter cum eo decretere auerget. Idem locum Deli petrae nominat, vbi pisces natura ita falsos esse dicit, vt pro falsamentis haberi possint, in portu eiusdem autem dulces. Antiquissimam aris gloriam Delio fuisse, apud eundem legitur. Huius tempore tradit quoque palmam arborem conspicit, ab Apollinis dei atate. Pausanias (qui vixit sub Hadriano Imperatore) scribit suo tempore hanc insulam adeo desertam fuisse, vt amoto templi praesidio, quod Athenienses mittebant, hominibus, si Delios tantum numeres, prorsus orbata esset. Admiranda rerum vicissitudo! In hac insula canem alere: hominum mortuum sepelire, aut cremare, (nasci, aut mori, addit Thucydides) nefas erat, vt Strabo & alij tradunt. Transferebantur itaque hominum cadavera in proximam insulam RHENIAM, exiguam & desertam, que hinc distabat quatuor tantum stadiis. Plus archus ait hanc a Nicia, ponte cum Delo coniunctam fuisse. Thucydides lib. 1. & 3. ait a Polycrate Samiorum tyranno captam, catena Delo annexam, & Apollini Delio consecratam. Mensa genus describit Athenaeus, quod in hac insula paratur, & inde sibiueyris vocatur. Artemisiam, & Celadissum hanc insulam Plinius quoque nominat.

I C A R I A.

ICARI fabula, mors & sepultura, huius insulae, & mari quod eam alluit, nomen dedit. Olim enim Doliche, Ichthyoesa, & Macris vocabatur. Desertam, sed pacnam tamen esse, tradit Strabo. Idem Milesiorum coloniam facit. Pranimium nomen tamen, a Pranimio monte huius insulae, celebrat Athenaeus, quod & pharmaciten nominari ait. Icari fabulam vide apud Omidium, Pausaniam, & Arrianum.

C I A.

QUAM Ptolemus Ciam, Strabo Ceum vocat. Ceos, quam nostri quidam dicere Coan, (inquit Plinius) Graeci Hydriam. Auisulae Euboeae, quingenti longa stadijs fuit quondam: mox quatuor fere partibus, qua ad Boream vergebant, eodem mari deuoratis, opida habet reliqua, Inula, Carthago, intercidere Corejs, Paesja. Ex hac, re, esse n deliciasem seminis vestem, auctor est Varro. Inuentus fuit Pamphila Leroi filia, non frandanda gloria excogitata rationis, vt dixi met, genus vestis, bombycina nempe.



AEgyptus Nili donum: credidit enim antiquitas totum eum tractum quem hodie hæc regio occupat, olim sinum Mediterranei maris fuisse; Nili autem alluione ex aggesto limo oppletum, & terram factam. Qua de causa fortasè Potamitis vocatur, vt apud Stephanum, apud quem, & Dionysium his quoque nominibus insignitur, Aeria, Aetia, Ogygia, Hephæstia, Myara, & Melambolos. Melampodum regionem appellat Apollodorus, ob fertilitatem, qua ceteris præstat regionibus. Aethiopia eidem Stephano & Eustathio dicitur, propter Æthiopes ibidem habitantes. Nominata fuit & olim Thebæ, vt Aristoteles & Herodotus testes sunt. Mesraim in Sacris litteris est, & Chus, vt placet aliquibus. Honorius Augustodunensis scribit quondam Euxæam dictam, sed hoc suo iure. Atque hæc de nomine, nunc de situ.


Huius limites sunt ab Oriente Sinus Arabicus, Iudæa & Arabia Petræa, ab Occidente Libyci montes & Marmarica Africæ regio. A Meridie circa Nili Cataracté maiorem ab Aethiopia (quam sub Aegypto cognominant) separatur. Mare Mediterraneum, aut si mauis (quod ab ea nomen habet) Aegyptiacum, eam à Septentrione alluit. Diuiditur in Superiorem, quæ & Thebais: Mediam, quæ Heptapolis & Heptanomia, & à posterioribus Arcadia: & Inferiorem, quam mediæ ætatis scriptores Augustamnicam vocant, hanc in Primam & Secundam diuidunt Iustiniani Imp. Nouellæ. Huius Inferioris portio, nempe quæ mari, Nilique ostijs Heracleotico & Pelusiaco, atque horum duorum versus Meridiem confluentia, ambitur: sub Delta nomine, ob formam, ab omnibus geographis, historicis, poetisq; veteribus comprehenditur. Atque hanc eandem Ptolemæus in tres dispartitur: in Magnum, Paruum, & Tertium Delta. Atque hoc Delta, inter orbis terrarum partes primarias quarta, quondam numerata fuit, & aliquando inter insulas relata, (Plinio teste.) Sub Aegypto autem quoque tres Oasis ultra Libycos montes comprehenduntur. Etiam Libya, si quis Ammianum audiat.

Irrigatur hæc regio non alio flumine quàm Nilo, totius orbis terrarum nobilissimo, atq; polyonymo. Multis enim nominibus apud veteres hic fluuius notatus fuit: dicitur namque & Aegyptus, (vnde regioni nomen) Oceanus, Aetus, id est Aquila, Nigir, Melas, alijs Melo: item Siris, Triton, Chrysothoas, Dyris. Noym ab Aegyptijs quoq; vocari, auctor est Orus Apollo. In Sacris Biblijs Phison. Sed de his in nostro Thesauro. Septem ostijs, vt plurimi affirmant, se in Mediterraneum mare exonerat. Ptolemæus nouem numerat, inter quæ duo falsa, siue pseudo-stoma. Plinius vndecim, sed quatuor falsa, inter quæ septem celeberrima. Herodoto quoque duo falsa, sed neque in vniuersum plura quàm septem: cui succinit Eustathius. Et quod huic verum est, apud alium pro falso, & contra, habetur. Eadem est de horum ostiorum nomenclatura apud classicos auctores inconstantia. Heracleoticum aliud est Plinio à Canopico, in quo tamen errare videtur: & aperte negat Diodorus, asserens Canopicum, Herculeum nominari. Tota autem hæc de numero & qualitate horum ostiorum apud scriptores discrepantia, nascitur, ni fallor, ex locorum pro successu temporis, immutatione, quisq; enim ea descripsit secundum quem habebant hæc littora suo tempore situm, quem sæpius ex maris æstu & inundatione, arenarumq; nunc aggestione, nunc depulsione, aliam atque aliam formam per aliquot annorum interualla induere, verisimile est, & norunt ij qui propiores Oceano habitant, quibus mirum non est fluminum ostia alueum sedesque mutare; interdumq; arena obturari, nouaque, vbi quondam nulla erant, vada quærere: & quæ olim minus nauigabilia, breuibulque plena, nunc profunda & nauigationi apta videre. Hunc fluuium ceteros omnes qui in orbe terrarum sunt dulcedine superare, ait Diodorus: quam sententiam quondam confirmauit Pescennius Niger Imp. qui militibus limitaneis vinum petentibus, responderit, Nilum habetis, & vinum quæritis! Montes Aegypti, præter eos quos Ptolemæus nominat, Libycos, Troicum, Alabastrinum, Porphyritum, Smaragdum, Aiaceum, Acaben, Nigrum, Basanitem, & Pentadactylum: sunt Nitria, Pherme, Sinopium, Climax, Eos, Lacmon, Crophi, & Mophi. Paludes multæ, at duo tantum nominantur, Mæris, & Maria.

In Nomos (Præfecturas interpretatur Plinius) partiuntur veteres hanc quoq; regionem, quorum octodecim nominat Herodotus; nouendecim Strabo: Quadraginta sex suis nominibus sunt apud Ptolemæum, & totidem aut plures apud Plinium. Nos ex omni genere scriptorum veterum ultra sexaginta sex nominatos reperimus, atque in hanc tabulam redegimus. Sed & horum nomina aliqua permutata, aliaque in aliorum loca substituta, cum Plinio, experimur: de quibus latius in Thesauro nostro. Aegyptus super ceteram antiquitatis gloriam xx. m. urbium sibi Amase regnante habitata præfert, nunc quoq; multis, etiam si ignobilibus, frequens, inquit Plinius. Harum ad Diodori vsque tempora III. m. perdurabant. Nos quantumuis earum nomina non indiligenter ex omnibus auctorum priscorum monumentis quæsiuerimus, haud multas ultra trecetas inuestigare potuimus, vt ipsa ostendit tabula. Tam paucas, ex tam multis! Sic ludit in humanis diuina potentia rebus.

Situm huius regionis ipsa docet tabula. Fertilitatem, eius celebre præconium indicat, quo publicum Orbis horreum vocatur. Est enim etsi imbrium expers, tamen hominum, animalium, aliorumque fecunda genetrix. Sed hoc sua inundatione singulis annis Nilus efficit, vnde (vt Lucanus cecinit) est hæc *Terra suis contenta bonis, non indiga mercis, Aut Iouis, in solo tanta est fiducia Nilo.* imò superbia, qua in suis manibus esse vel abundantiam vel famem victoris populi Romani iactare quondam ausi fuerint, vt Plinius testatur. Huius diuitias & opes ostentant etiamnum tot opera immortalia, in hunc vsq; diem permanentia, vt sunt pyramidum vastissimæ moles; tot stupendæ altitudinis ex solido marmore obelisci; colossi, sphinges, statuæ; Labyrinthi, tot deorumque delubra, quorum plura hæc sola, quàm aliæ omnes regiones, exhibet, teste oculato Herodoto.

Gentem ingeniosam esse, ex historia cognoscitur: & Macrobius Aegyptum artium matrem vocat. Vrbes in ea præclaras vtriusq; linguæ monumentis celebratas legimus: Alexandriam, quam Marcellinus verticem omnium ciuitatum nominat: Eunapius alterum quendam Orbem terrarum. Thebas, numero portarum nobilem. Memphim, regia claram, & inter maximas nitentem. Copton, Arabicarum Indiarumque mercium emporium. Abydum, Memnonis regia, & fano Osyridis inclitam. Syenen, aliasque: nam omnes enumerare hic superuacuum duco, inspecta enim tabula, semetipsas ostentant. Et auctores Herodotus, Diodorus, Strabo, Phinius, Marcellinus, alijque, eas satis luculenta oratione describunt.



A E G Y P T I R E L I Q V A.

REGIONIS situm, flumina, montes, vrbes, miracula, aliáque, pro paginæ præcedentis capacitate descripsimus. Nunc de eius religione quædam, ex Diodoro, Herodoto, Strabone, Athenæo, Aeliano, Eusebio, Plinio, Heliodoro, Luciano, Ammiano, Clemēte, Athanasio, alijsque. Fuisse Aegyptios ab initio Deorum falsorum vanissimos cultores, non tantum docent Sacræ literæ, sed etiam prophanæ, affatim. Præter enim gentiliam Deos, uti sunt Iupiter, Iuno, Vulcanus, Venus, Bacchus, ceterosque omnes, quos cum ceteris totius orbis populis communes habebant, adorabantque: omne fere genus bestiarum, tradente Cicerone 3. Deorum, consecrauerunt, ita ut multitudine eorū quæ venerantur numinum, omnibus, auctor Dion, præpolleant mortalibus. Sed non tantum hos Deos, sed & Anubim, Pana & Satyros; nec non hominem quē in Anabi vrbe diuinis honoribus affecere, ut Eusebius docet, apud quem legimus eos peculiarem quoque deum habuisse, Canopum nomine, & ollari forma. Aquam pro Deo habuisse, & in primis Nilum, Athanasius & Heliodorus testes sunt. Ex quadrupedibus Crocodilum, Bouem Mneum, Leonem, Ursum, Felem, Hircum, Simiam, Taurum, Arietem, Canem, Ichneumonem, Lupum, Ouem, & Murem araneum.

Ex piscibus, Oxyrinchum, Lepidotum, Latum, Phagrum, Mæotim, & Anguillam. Ex auibus, Aquilam, Ibim, & Accipitrem. Habuerunt & Draconem, & Serpentem, item Scarabæum. Inanimata quoque, ut Cæpas, & Allium. Sed neque à monstris abhorruere; ut Cynocephalum, quem Hermopolitani; & Cepum, quem Babylonij pro deo adorauere.

Pudendum etiam pro deo habuisse eos, refert Diodorus. Clemens quinto Recognitionum, ridicula addit, Cloacam, & Crepitum ventris. Idem Cæphas & Gattas: quas voces ignoro, nisi corruptæ sint, pro catta, ut felem nonnulli vocant; & Cæpas, aut si mauis Cepum. Religionum seminarium hanc regionē quis non ineptè dixerit. Illucescente enim postea Christianæ veritatis luce, ex hac eadem monachorum, eremitarumque agmina, primū enata; indeq; per totum orbem Christianum diuulgata, ex primitiua ecclesiæ monumentis docetur.

INCERTAE POSITIONS	Arachis Ariadela	Prestum Pregrum Pisaphu Pisaphu
LOCA.	Arpe Alphicum	Pisaphu Pisaphu
Amythama	Alphicum	Pisaphu
Apollon	Alphicum	Pisaphu
Aiba	Alphicum	Pisaphu
Cephro	Alphicum	Pisaphu
Colban	Alphicum	Pisaphu
Collathum	Alphicum	Pisaphu
Caf	Alphicum	Pisaphu
Cypharum	Alphicum	Pisaphu
Poc	Alphicum	Pisaphu
Lary	Alphicum	Pisaphu
Melur	Alphicum	Pisaphu
Melur	Alphicum	Pisaphu
Metropam	Alphicum	Pisaphu
Nelapa	Alphicum	Pisaphu
Dyr	Alphicum	Pisaphu
Tarnotus	Alphicum	Pisaphu
Trochis	Alphicum	Pisaphu
Titus	Alphicum	Pisaphu
REGIONES	Alphicum	Pisaphu
Dulopolis	Alphicum	Pisaphu
Pentapoli	Alphicum	Pisaphu
Tripolis	Alphicum	Pisaphu
NOMI	Alphicum	Pisaphu
Anathas	Alphicum	Pisaphu
Arctus	Alphicum	Pisaphu
Apithala	Alphicum	Pisaphu
Bathribates	Alphicum	Pisaphu
Crambutites	Alphicum	Pisaphu
Croites	Alphicum	Pisaphu
Omerites	Alphicum	Pisaphu
Phantorites	Alphicum	Pisaphu
Prouthis	Alphicum	Pisaphu
Schribites	Alphicum	Pisaphu
Thermapolites	Alphicum	Pisaphu
VRRES	Alphicum	Pisaphu
Ahotis	Alphicum	Pisaphu
Achoris	Alphicum	Pisaphu
Anthoti	Alphicum	Pisaphu
Argyfi	Alphicum	Pisaphu

Notandum quod in ista tabula descriptio, ista sunt et adnotata sunt, ut in ista tabula descriptio, ut in ista tabula descriptio, ut in ista tabula descriptio.



Cum Privilegio Imperiali et Belgico, ad decennium. 1584.



1579


Ancientissima
hujus terrae appellatio
fuit Canaan. a filio Cham sic
dicto: cuius filij eam inter se dis-
tribuerunt. Fuerunt autem hi Sydon,
Hethus, Lebuseus, Amorreus, Gergesus,
et Hamachus, etc. Retinuit autem hęc ter-
ra hoc nomen, donec Israëlitę postorua-
te Canaan partem esse, partim subacta eam
occuparent. Inde cepit uocari Israël, a
Iacob patriarcha. Ptolomeus et alij eam
uocant Palaestina, a Palaestis quos
sacri libri Philistin uocant.
Hodie eam terram Sanc-
tam nuncupant.

PALESTINAE SIVE
TOTIVS TERRAE PRO-
MISSIONIS NOVA
DESCRIPTIO AVCTO-
RE TILMANNO
STELLA SIGENENS.

Cum privilegio

Zin uel
Cader de
sortum.

SICIMITAE uel
CINEL ARABES.



G R Æ C I A

V E T V S.


QVÆ Latinis Græcia est, Græcis Hellas nominatur; sed huius termini exteriores non ab omnibus iidem describuntur. prima & vera ea est quam Atticam vocant Ptolemæus, Plinius & Mela, in qua Athenæ; libera vrbs, vt Plinius eam vocat, nec indiga vllius præconij amplius, tanta claritas superfluit. Constat tamen non tantum à vulgo scriptorum, sed ab ipso quoque Strabone Geographorum principe plures regiones sub Helladis vel Græciæ vocabulo comprehendî, vt sunt Macedonia, Epirus, Peloponnesus, & ceteræ prouinciæ sub his nominibus contentæ: adeo vt vniuersa Græcia tribus alluatur pelagis, Ionio nempe, Ægæo & Libyco. versus continentem eos montes habet, qui Macedoniam à Thracia, Mysia superiore, & Dalmatia dirimunt. Ex hac terrarum parte, omnis, vt idem Plinius ait, litterarum claritas effulset. Macedonia maximam huius Græciæ partem occupat, hæc terrarum imperio potita quondam, Asiam, Armeniam, Iberiam, Albaniam, Cappadociam, Syriam, Ægyptum, Taurum, Caucasum transgressa: hæc in Bactris, Medis, Persis dominata, toto Oriente possessa: hæc etiam Indiæ victrix, per vestigia Liberi patris atque Herculis vagata: hæc eadem est Macedonia, cuius vno die Paulus Æmilius Imperator LXXII. vrbes direptas vendidit. Postea est Peloponnesus pæninsula, haud vlli terræ nobilitate postferenda, platani folio similis, in quo bimaris Corinthus, arx & porta totius Græciæ: & Lacedæmon quæ Sparta, republica à Lycurgo instituta, & rebus pace belloque gestis veneranda. Sed & Græciæ nomen latius se ab vtraque marium parte extendisse, ex classicorum auctorum monumentis apparet; quota pars enim Italiæ ab iis Magna Græcia dicta fuit? Asiæ etiam pars quæ Macedoniae obuersa est, ob deductas in eam non paucas colonias huius nomine quoque insignita inuenitur: Lucianus enim in opusculo De amoribus scribit Chelidonias insulas esse veteris Græciæ terminos. Mare item Ægæum quod Macedoniam & hanc Asiam interluit, Mare Græcum à Thucydide, Plutarcho, & Polyæno vocatur. & Græciense à Plinio. Græciam antiquam inter ceteros diligentissime descripsere Strabo & Pausanias.



R O M A N V M I M P E R I V M.

AMMIANI MARCELL. LIB. XIII.

TEMPORE quo primis auspiciis in mundanum fulgorem surgeret victura dum erunt homines Roma, vt augetur sublimibus incrementis foedere pacis aeternae, Virtus conuenit, atque Fortuna, plerumque dissidentes: quarum si altera defuisset, ad perfectam non venerat summum. Eius populus ab incunabulis primis adusque pueritiae tempus extremum, quod annis circuncluditur ferè trecentis, circummurana pertulit bella: deinde aetatem ingressus adultam, post multiplices bellorum aeternitas, Alpes transcendit & Fretum: in iuuenem erectus & virum, ex omni plaga, quam Orbis ambit immensus, reportauit laureae triumphos. Iamque vergens in senium, & nomine solo aliquoties vincens, ad tranquilliora vitae discessit. Ideò vrbs venerabilis post superbas efferatarum gentium ceruices oppressas, lataeque leges, fundamenta libertatis & retinacula sempiterna, veluti frugi parens, & prudens & diues, Caesaribus tanquam liberis suis regenda patrimonij iura permisit. & olim licet otiosae sint tribus, pacataeque centuriae, & nulla suffragiorum certamina, sed Pompiliani redierit securitas temporis: per omnes tamen quotquot sunt partes terrarum vt domina suspicitur & regina, & vbique patrum reuerenda cum auctoritate canities, populi que Romani nomen circumspicuum & verendum. Hæc ille. *Romanum hoc Imperium longè maximum fuisse, vt ab omnibus creditur, sic re vera quoque fuit in primis si cum iis qua olim exstiteret, uti sunt Assyriorum, Persarum, & Macedonum; item qua postea emerere, nempe Othomanorum, Sophorum, Tartarorum, & quod Europaei Presbyteri Joannis vocant, confiras. Sin autem cum ea monarchia quam patrum nostrorum memoria Carolus V. Imp. ex maxima terrarum parte stabiluit, huiusque amplitudinem cum aliorum, inspecta uniuersali geographica tabula consideret commensuraretque, hanc ceteris omnibus, imò Romana longè praeferrì debere ipsa ratio euincet. Lusitanorum regnum postquam Orientalis India loca maritima insulasque ad ea pertinentes imperio suo nauigatione subiecerit, si tam versus interiores terras, quam circa littora potens est, extenderetur, inter minima Imperia haud dubie quoque censendum esset.*



PEREGRINATIO D. PAULI.

AD Sacrarum litterarum cognitionem conducere tabulas geographicas, omnes paulò eruditiores meritò fatentur; & res quoque ipsa satis testatur. Eaquè de causa hoc nostro æuo viri nonnulli eruditi operam suam liberaliter in hoc negotio communicauerunt. Inter quos primus fuit Orontius Fineus Delphinus, in sua Tabula, quam ad vtriusque Testamenti intelligentiam (vt titulus præfert) concinnauit. Hunc secutus est Petrus Apianus, in sua peregrinatione D. Pauli. Dein idem Marcus Iordanus Holsatus. Postremò Christianus Schrot in ea quam Peregrinationem filiorum Dei inscripsit. & tandem B. Arias Montanus, in suo Apparatu Biblico. Idem ego in hac tabula pro loci capacitate præstare conatus sum. non enim hæc nostra cum dictis locorum frequentia certare posse, vti libenter fateor, sic nostrum tamen æquè vt illorum ad noui Testamenti lectionem facere, verè promittere possum. Nam quemadmodum dicti, maxima ex parte tabulas suas locorum profanorum nomenclaturis ex Ptolemæo impleuere, quæ nihil ad hoc studium sacrum faciebant: sic ego in hac mea operam dedi, ne vnum quidem locum cuius in nouo instrumento mentio esset, omitterem. vtriusque certè Testamenti loca omnia singulari tabula exprimere, quemadmodum hoc nemo hæctenus, quod sciam, conatus fuit; sic nos, modò Deus Opt. Max. vitam & otium prorogauerit, aliquando tentare non denegamus.



PEREGRINATIONIS DIVI PAULI
 TYPVS COROGRAPHICVS.
 In quo et noui testamenti, in primis autem apostolorum historiae,
 à sancto Luca descriptae, omnia ferè loca geogra-
 phica, oculis inspicenda, exhibentur.



QVONIAM IGITVR SCIMVS ET PERSVASVM HABEMVS, QVOD QVAMDIU IN CORPORE HABITAMVS, PEREGRINAMVR A DOMINO; PER
 FIDEM ENIM AMBVLAMVS, ET NON PER VISVM; PROPTEREA CONFIDIMVS ET PEROPTAMVS PEREGRINARI A CORPORE, ET ES-
 SE APVD DOMINVM NOSTRVM. SATAGIMVS AVTEM SIVE PEREGRINI SVMVS, SIVE INCOLAE, VT ILLI PLACEAMVS. 2. Corin. 5.

Faint, illegible text at the top of the page, possibly a header or introductory paragraph.


Second block of faint, illegible text, appearing to be the main body of the document.

Faint signature or name in the center of the page.

Third block of faint, illegible text, continuing the document's content.

Faint signature or name at the bottom of the text block.

Faint signature or name on the right side of the page.





3083

3083

THEATRVM

ORBIS

THEATRVM

Observatorio de Marina
BIBLIOTECA
Núm. 03897

Ministerio de